1666.

CSIPKES GEORG. Hungária Illustrata

MK. I.
9042

RKK I.
904/k
1. péld.

Teljes,

RMK II 904

HUNGARIA ILLUSTRATA.

HOC EST,

Brevis, ſed methodica naturæ & genii, linguæ Hungaricæ, explicatio, anungaros in diſcenda linguâ iſtâ, facilitans, promovens, & Hungaros efficiens.

OPERA

GEORGI CSIPKES COMARINI,
SS. Theolog. Doctoris, & ejuſdem facultatis, in illuſtri Scholâ Debrecinâ Profeſſoris.

ULTRAJECTI,
Ex Officinâ Joannis à Waesberge,
AN. CH. CIↃ IↃ C LV.

Generoso ac Nobilißimo

VIRO,

D. BALTHASARI LATRAN de Kémer.

Illustrissimi ac Celsißimi Principis Transylvaniæ &c. Tricesimatori Debrecinensi Primario &c. Domino suo liberalissimo.

Gratiam Dei, pristinam valetudinem & quamque prosperitatem.

NOBILISSIME VIR, is demum pro acceptis dedisse, & gratum pro grato animum declaraße mihi videtur, qui exorsus ab imo, neque ad summum pervenit gratitudinis gradum. Gradus gratitudinis, dextré satis, tres, à viro Clarißimo Joanne Amos Comenio, periodo Dc.cclxxvii. *Januæ linguarum reseratæ ponuntur*, Beneficium agnoscere, deprædicere, pensare. *Primus, beneficii agnitio, Secundus beneficii deprædicatio, Tertius beneficii pensatio. Beneficii agnitio, imum, beneficii deprædicatio, medium, beneficii pensatio, summum, sibi vendicant locum. Primum pauci, secundum pauciores, tertium paucißimi præstant. Priores duos facile quis emetiri ascendendo, tertium non facile, vel quia nolit, vel quia nequit, potest. Aliqui acceptum*

beneficium agnoscunt, deprædicant, pensant, aliqui tertio hoc neglecto agnoscunt & deprædicant; Aliqui dum agnoscunt solum, totum se gratitudinis actum complevisse & executos esse autumant Aliqui ipso struthio camelo, Job. 38. 18. Obliviosiores Si beneficium accipere potuerint, hoc unico impudentissime contenti sunt, nec pensant, nec deprædicant, nec agnoscunt. Aut certè, his posterioribus neglectis, primum negligere aut nequeunt aut piaculum esse ducunt: pensant, sed malo, non bono, quod sanè est non pensando pensare, Hagar ancilla Abrahami, præstitum sibi à Sarâ, dante eam Abrahamo Viro suo in uxorem, honorem, contemptu: Gen. 16. 3. 4. 5. Laban insignem Jacobi in serviendo fidelitatem odio, invidiâ, fraude, illusione Gen. 31. 2. 5. 7. Saul Rex, heroicum Davidis opilionis, factum, quo se Regem, regiumque suum populum nempe Israeliticum, contemtu, convitiis, terrore & furore Phelistiorum liberavit, caninâ invidia, odio diabolico, & persecutione impia. 1. Sam. 16. 17. 18. & seqq. Judas Iscariotes, ne pluribus te G. V. onerem exemplis, fidelissimam Jesu Christi, quâ Præceptoris sui institutionem, qua Domini, curam: proditione Luc. 22. 48. Pensarunt. Utrum non pensare, an hoc modo pensare satius? Sunt aliqui, qui collata in se beneficia ac merita in profundum cæcæ oblivionis barathrum demit-

mittunt. Aulicus ille Regis Ægypti Pharonis servus, præfectus à poculis, anne unquam eximium Josephi captivi in se meritum, agnovit, deprædicavit, pensavit? Primus scriptorum Moses, si interrogetur, respondebit. Non est autem præfectus à poculis recordatus Josephi, sed oblivioni tradidit eum, *Gen. 40. 23. Novem illi apud Lucam leprosi, simul ac à leprâ mundati Christo autore erant sinè beneficii accepti agnitione, de prædicatione & pensatione abivêre. Luc. 17. 18. Ita agnoscendo beneficio, pauci; deprædicando, pauciores; referundo, paucissimi se addicunt. Et vere gratus in perversissimâ hac mundi senecta, tam est rarus ut apposite illum, de eo decantare possim versiculum. Quod vere gratus, sit,* Rara avis in terris nigroque simillima cygno. *Quia vero certa inter homines est quod ad habitus & opes, inprimis cognitionem & divitias, distinctio, certe etiam est virulentiæ ingratorum in male afficiendis benefactoribus intensio & remissio. Si etenim, quos bono fortunæ & animi cumularunt, si acceptum non referant, agnoscendo, deprædicando, & pensando beneficium; vehementius & acrius benefactorem lædunt, quam, quos ab utrisque immunes Deus & natura esse voluerunt. Illi enim beneficium acceptum, agnoscendum, deprædicandum, & pensandum esse, quia erant cognitione im-*

imbuti, facile cogitare; & quia erant à fortuná non neglecti, facile etiam hoc vel illo modo refundere poterant. Hi vero parùm à brutis distantes, de agnoscendo, prædicando & pensando beneficio, vix unquam cogitare aut somniare sciebant: Aut si hoc casu quo contigisset, ne cogitatum, executionem videret, paupertas & inopia eos detinebat. Hinc pœna scienter peccantis aggravatur, Servus *enim* cognoscens voluntatem Domini sui, & non præparans, neque faciens secundum voluntatem ejus, cædetur multis, non cognoscens autem, faciens nihilominus digna plagis, cædetur paucis. *Luc.* 12. 47. 48. *Servo Elisæi Gechazio, vix unquam lepra Naamanis Syri: cùm in se, tum in semine ejus in seculum, adhæsisset, ni sciens voluntatem Domini sui, Naamanem insecutus, verbis fallacibus fefellisset, & duo argenti talenta, duasque mutandas vestes accepisset.* 2. *Reg.* 5. 22. 23. *Et sequent. Quid deinde aliud & illa Petri volunt.* Nam, si postquam pollutiones mundi, per agnitionem Domini & Servatoris Jesu Christi effugerint, his rursum implicati superentur, facta est eorum conditio deterior priore; Melius enim fuisset eis, non cognovisse viam justitiæ, quam cognitâ illâ regredi à sancto præcepto sibi tradito. 2. *Pet.* 2. 20. 21. *Secusne ergo Generose Domine mihi, qui beneficium acceptum, agnoscendum, de-*

deprædicandum & pensandum esse inde à puero sciebam, evenisset, si agnitum & passim deprædicatum tuum in me beneficium, aliquo etiamsi modico; affectus tamen gratitestimonio, non pensassem. Leviterne tuum bene mecum factoris læsissem animum, si nullum meæ in te gratitudinis declarassem signum. Me enim, quàm bene nuper, & honori & necessitati meæ coram celeberrimi hujus oppidi primoribus, honorario tuo consulueris, agnoscere, deprædicare, minime pudet, non pensare non decet. Agnoscere inquam & deprædicare non erubesco: Quis enim pudor Augustis, Regibus, Ducibus, Baronibus, Comitibus & similibus magnæ eminentiæ hominibus, oblatum non recusare honorarium? Rectè olim & scitè puer Anglus Reginæ Anglorum Elizabethæ, dum hæc, ut erat pientissima, Scholam ingressa postquam ab interrogato puero Quotiesnam jam virgis cæsus esset; *hoc responsum accepisset.* Infandum Regina jubes renovare dolorem; *& coronatum aureum puero obtulisset, dixit.* Quis nisi mentis inops oblatum respuat aurum. *Et certe egentem, honorarium, pertinaciter respuere, quæ virtus? Literarum cultores, quo sunt veriores & diligentiores tantò egentiores, Bucholcerus Lactantium Præceptorem Chrispi filii Constantini Magni adeo pauperem fuisse scribit, ut plerumque etiam rebus necessariis indi-*

indigeret. Zanchius ipse suam non erubescit etiam post funera deprædicare paupertatem. Parte enim secundà Miscell: Cum inquit, nati mihi essent duo filioli, significavi Dominis Scholarchis Argentinensibus meam necessitatem, qui pro sua liberalitate miserunt pro eo tempore 26. florenos, mihi quotannis à Procuratore dari, *Hyeronimus hoc idem quod dico, & exemplis declaro, dicit*, Videns *inquit* in Ecclesia imperitissimos quosque florere, & quia volubilitatem linguæ consecuti sunt, se eruditos arbitrantur: Maxime, si favorem vulgi habuerint; Et è contrariò eruditum virum latere in obscuro persecutionem pati, & non solum in populo gratiam non habere, sed inopia & egestate tabescere. *Quod sanè modo, si unquam, verum est. Quia igitur oblatum, & acceptum etiam beneficium, agnoscere, non pudor est: nec me tuum in me meritum agnoscere & deprædicare pudet. Agnovi & agnosco deprædicavi & deprædico, nondum forte pensavi sed nunc penso. Do tibi chartaceum hoc munusculum gratitudinis Symbolum, & æternum nominis (ni fallar monumentum. Do Hungariam illustratam, hoc est linguam Hungaricam, ex sua natura, genio & ingenio explicatam, suisque vivis ut ajunt coloribus depictam. Quæ, nationibus, longinquis quidem, eò quòd naturam ejus ignorent, obscura & tan-*

tantum non barbara, videtur: Vicinis autem eo quod hactenus, vix ut oportebat explicata est, difficillima & confusa apparet. Do inquam tibi, & sub amplissimo tuo nomine, quibusvis, explicatam, ordinatam, castam, antiquam, linguam nostram vernaculam. Accipe ergo Vir Generose chartaceum hoc, grati tamen animi, munusculum, si placet, lege si vacat: de me bene spera, etsi qua displiceant, me pro eximia tua humilitate, mone, Deus Ter Opt. Max. suas in te morbo detentum mitttat manus curatrices, & te pristinæ restitutum valetudini, ad annos quam plurimos conservet, Dabam Debrecini ex musæo meo. VIII. *Idus Martii. Anno gratiæ Salutaris.* MDCLIV.

Generosæ Dominat. vestræ devotus.

GEORGIUS C. COMARINUS.

PRÆFATIO
AD
LECTOREM.

LEctor benevolè, poteram quidem etiam non præfatus in sequenti opusculo fari, aliquid tamen antequam farer, præfari, è re futurum judicavi. Cur? ut te quædam monerem; & scrupulos de me, meoque hoc opusculo, animum fortè tuum subituros, nedum ut natos suffocarem, sed ne nasci quidem in candido mentis tuæ hortulo sinerem: Quædam ergo monendus, quædam docendus mihi videris. Docendus, quidem scribendi occasionem & rationem: Monendus de noxiis, animum tamen fortè invasuris opinionibus; aut saltem cogitatis. Occasio hoc quale quale opusculum scribendi, inopinatum fuit otium. Postquam enim absolutâ triennali peregrinatione, *per mare per terras, per tot discrimina rerum* redux essem, patriæ non solùm dulcissimæ, sed & Patronis munificentissimis, salvus & sospes redditus; paternâ Magistratus curâ, provisione & destinatione commodo hospitio ad inaugurationem usque exceptus; & tamen à libris, Fragopoli urbe Ungariæ, propter festinantem ad Patronos reditum; nondum delatis, sejunctus, solo codice sacro textus originalis instructus, otium negotio sanandum, & propter morę, quam sibi vinctam habet, difficultatem, cum labore commutandum; animum hocce opusculum parturire & scripturire fecit. Cur hoc potiùs quàm aliquid aliud? hinc factum. Primò quòd hoc etiam nudus & nullo prorsus libro instructus, ex me per Dei gratiam efficere poteram: ut & feci. Secundo quod iter Polonicum, curru, diebus proximè præteritis absolutum; nonnulla cogitata mihi meditabundo de linguâ Hungarica, objecerat: præsertim circa suffixa pronominalia; Ita ergo *nihil agendo male agere discere* nolens; ex foro quidem papyro, ex Scholâ autem atramento & pennâ, curatis, rudes quosdam conceptus formare cepi; formatos passim chartæ conjeci: & postea novo initio facto digerere certa methodo vestire, cepi; digessi; methodo ornavi; & Deo juvante, inchoatum Debrecini opusculum, in oppido Dioszeg occasione vindemiæ eo devectus, fine coronavi. Memor verò ejus, quod Joachimus Fortius in suo de ratione studii, libello pag. 109. inter alia habet: *Liber à nobis perficitur nullus nisi dum à Typographo excuditur*, de editione & per hanc subsecuturâ, operis finiti perfectione, tantò sedulius cogitabam, quantò ardentius, finem suscepti laboris propositum, assequi desiderabam. Unus erat, ut Hungariam in eà gentem Hungaricam,

cam, & hujus linguam Hungaricam, explicato ejus genio, explicarem, illustrarem, & linguæ præstantiâ, aliquid ad præstantiam quoque nationis Hungaricæ, hacce tenellâ mea opellâ, adderem, & illustriorem eandem facerem. Sperabam etenim & spero levidense hoc meum opusculum, non solis, quamvis non angustis, solius Hungariæ limitibus concludendum sed & oras exoticas aditurum, & nationes longinquas quoque visitaturum, à quibus aliquid in Hungaros æstimii & famæ redeat. Alter erat ut alienigenas ἀνωνυμάρους quales non pauci præsertim ex Germanis austriacis; in partibus Regni Hungariæ occidentalibus, Austriæ obversis, in addiscenda linguâ Hungaricâ, juvarem, facilitarem, & per regulas ad rectè loquendum & scribendum manuducerem. Stupenda enim fuit & etiam nunc est linguæ Hungaricæ quantum ad exteras nationes Sclavos, Polonos, Bohemos, Valachos, Germanos, Thraces, Croatas, Rutenos, &c. ad id, ut perfecte instar boni unius Hungari ab iis addiscatur & sciatur, difficultas. Quippe, quam ut communis opinio, ne dicam experientia, tenet, & docet, nullus unquam alienigena perfectè addiscere & tenere potuit. Hinc dum affixum *nak*, affigendum esset, affigitur *nek*: Dum ex adverso *nek*, affigitur *nak*, Dum addenda est præpositio *ban* dicunt *ben*, ex adverso cum

ben

ben dicunt *ban* &c. Hinc miras aliquando edunt locutiones; miro modo conjugant; miro modo declinant &c. Atque hoc alterum intendi: has, in duobus finibus depositas, ad opusculum hocce creandum, edendumque, instigatrices, habui rationes: Hæc quæ te ignorare nolebam. Noxia cogitata, quæ instar scrupulorum, tuum fortè illapsura essent animum, te Secundò moniturum me dicebam. Primùm, quod fortè cogitabis & momus quisque ad opusculum hoc obscurandum dente theonino rodendum & coram aliis exosum reddendum sumet, est, quòd videatur nec utile nec necessarium, quando quidem, bene norunt hæc omnia Hungari; norunt Hungaræ; literati & idiotæ; sed primum hoc nê cogitare desinas, errabis, & misere falleris. Quamvis enim unusquisque Hungarus unaquaque Hungara, usum sermonis Hungarici habeat, tamen si roges, cur hoc modo dicendum potiùs, & non secus, ut mus in pice hærebit: deinde misso hoc, plurimi certè recre loqui hungarice ignorant, etiam nati Hungari. Hinc pro *tornya*, turris ejus, dicunt *torma*, quod turrim tam significabit cum nasturcium turris synonimum erit. *Torma* enim est nasturcium: hinc pro *emberhez* ad hominem, dicunt, *embernel* apud hominem ut *Jer amaz embernel*, veni apud istum hominem, pro *Jer amaz emberhez*,

veni

veni ad istum hominem. Hinc tanta est in Hungaricâ orthographiâ, seu rectè scribendo ignorantia, ut vix aliquot etiam inter doctos invenias, qui rectè scribant. Literæ *g.* duræ, addunt *h.* ut *kedvesseh*, pro *kedvesseg*: *Ts* vel *cs* cum *tz*. vel *cz*; literas admodum diversas, promiscuè usurpant, ut *czuda.* pro *csuda.* *csomb* pro *czomb.* Literam *ö*, per *eo*: pingunt, ut *eokeor*, pro *ökör.* In conjugatione verborum miro modo errant, ut *aggyuk* pro *adjuk*, *hallasztyák*, pro *hallasztjak.* &c. Diphthongos nonnullibi ponunt ut *Prædikátio* pro *prédikatio*, cum diphtongum nullam habeamus, Dum ponendum est *a* clarum ponunt *à* abscurum, ut *madar* pro *madár* & vice versâ: dum *e* obscurum, ponunt, *è* clarum ut *meleg*, *hidèg*, *nincsén* pro *meleg*, *hideg*, *níncsen*, & econtra. Pro *sz.* ponunt *S.* & pro *S.* ponunt: Sz.&c. Ex quibus vides Lector candide, multos Hungaros non esse rectos Hungaros. Deinde, secundùm ex me velim discas, non Hungaris solùm, quâ Hungaris, me hoc opusculum scripsisse: Dato enim hoc, datum esset hoc opusculum Hungaricè, nimirum Hungaris vernacule, quod tamen secus factum vides. Verùm, quibusvis alienigenis, latinè intelligentibus & Hungarice intelligere volentibus; quamvis nec Hungaros excludam, quos etiam non vacuos prorsus, hoc opusculo perlecto, discessu-

cessuros, ausim dicere. Secundum, quod forte quis objiciet vel objicere poterit, est, quod Institutionem linguæ Hungaricæ, jam aliqui conscripserint: nimirum piæ memoriæ viri D. Molnar, & Stephanus Gelei, ecclesiastes Albensis: Quid tum postea? An nunquã effatum illud Augustini vidisti, legisti, audivisti; quo unum & idem à multis diverso stylo scribi utile esse docet? Quòd isti piæ memoriæ viri scripserint, licentiam mihi scribendi nequaquam præcluserunt; Quòd ego scripserim, aliis scribendi libertatem non præclusi; Si hoc alicujus sit cogitatum momenti, omnes scriptores theologici, historici, philologici, &c. sunt arguendi, ut qui inutilia scripserint, & supervacanea, tradiderint; siquidem de iisdem & alii scripserunt materiis. Deinde, forte neuter illorum, ea quæ scribo, scripsit; forte diversa illi & ego tradimus; forte grammaticæ latinæ illi sua accommodarunt: quod ego facere nolui; Fateor enim ingenuè, me linguam Hungaricam ex genio & naturâ suâ tradidisse explicatam, & linguæ latinæ minime accommodasse: Fateor meam hac in parte infelicitatem, quòd neutrius operâ uti potuerim; nullius grammaticam inspexerim: Memini me olim obiter vidisse D. Molnaris Grammaticam; sed ubi, quando non jam memini. Scriptum verò R. D. Stephani Gelei, hactenus mihi vidisse

se non contigit, quamvis utramque videndi desiderio flagraverim, & flagrem: quæsivi sedulò, sed propter raritatem voti compos fieri nequivi. Unde, non etiam tertiò novitas, si qua appareat respectu priorum scriptorum, quicquam tibi movere debebit. Ego quicquid scripsi, tradidi, feci, non sine labore, scripsi tradidi, feci; meditando non parum me fatigari, ut commodiores veriores & universaliores ex invenire possem regulas: quod & assequutum me esse opinor. Titulus postremo hujus opusculi aliquid animo injicere posset, nisi explicatio immediate subnexa fuisset. Dum enim Hungariam illustratam nomino, linguæ Hungaricæ illustrationem & explicationem volo. Atque hæc paucis eras docendus & monendus. Quod reliquum est Lector benevole his vale, his utere hancce meam opellam æqui bonique consulens, bene spera, & me sperantem, amplius sperare jube. Si tu, tuum candidum mecum communicaveris affectum, & ego mea tecum communicabo studia.

Dabam Debrecini ex Musæo meo. Anno M D C LIII. XVII. Kal. Novemb.

Tuus ex animo

GEORGIUS CSIPKES
COMARINUS.

IN-

INDEX CAPITUM UNIUS CUJUSQUE LIBRI.

Liber Primus De Nomine.

Sectio I. De Nomine Perfecto.

CAput primum. De Charactere Nominis scilicet, particulâ &c.
II. De Primitivorum & Derivativorum naturâ.
III. De Naturâ Adjectivorum & comparatione eorundem.
IV. De motione Nominis è singulari in pluralem.
V. De Compositis & eorum compositione.
VI. De Declinatione seu variatione nominis per casus.
VII. De Mutatione vocalium in nomine.

Sect. II. De Nomine imperfecto.

CAp. I. De Pronominibus separatis & eorum naturâ ac affectionibus.
II. De Pronominibus inseparatis seu affixis.

Liber Secundus De Verbo.

CAp. I. De quinque prioribus communibus Verborum affectionibus.
II. De Conjugatione Verborum.

III. De

III. *De Observationibus in Conjugatione Verborum notandis.*
IV. *De Stupendâ verbi Hungarici fœcunditate.*
V. *De Divisionibus Verborum.*

Liber Tertius de Particulis.

CAp. I. *De Particulis Adverbialibus, & earum naturâ.*
II. *De Particulis Conjunctionalibus Præpositionalibus, & Interjectionalibus earumque naturâ.*

M.N.MUZEUM KÖNYV-TÁRA

HUN-

HUNGARIÆ ILLUSTRATÆ Prolegomena

DE

Naturâ Linguæ Hungaricæ in Genere, & Literis.

1. AD cognoscendam in genere linguæ Hungaricæ naturam, imprimis, ejus, 1. Origo & antiquitas. 2. Genus & Genius 3. Puritas & à commixtione linguarum aliarum immunitas 4. Cum aliquâ linguarum affinitas, consideranda sunt.

2. Quantum ad originem & antiquitatem, linguam Hungaricam, tempore confusionis babilonicæ, enatam esse, non solum probabile, sed & necessarium videtur. Quia nullius linguæ dialectus est, sed lingua cardinalis, lingua Mater, non secus ac Germanica, Sclavonica, Græca, Latina. Ut admodum benè observavit Joannes Weemsius Scotus: Synagogæ Chri-

Christianæ pag. 18. & Clar. D. Joannes Coccejus, qui, publicè hoc ipsum profiteri, non veritus est.

3. Quantum ad genus & genium: quandoquidem linguæ communiter, in Orientales & Occidentales dividuntur; linguam Hungaricam orientalem esse, liquidò constat. 1. Ex scribendi modo. 2. Ex loquendi ratione.

4. Scribendi modus, unus & idem est, cum eo, quo gaudent linguæ orientales pleræque, nimirum Hebraica, Chaldaica, Syriaca, Arabica, Persica, Turcica &c. à dextrâ nimirum ad Sinistram: quam nulla occidentalium habet. Scribendi modum sequitur modus legendi.

5. Dicit quidem Cl. D. Marcus Zuerius Boxhornius, celebris in Academiâ Leydensi Historicus, Historiæ Universalis pag. 181. ad annum Christi 103. vetustam Ungarorum scripturam, deorsum tendere; (non secus ac Chinensium, quam & ego ipse olim Ultrajecti vidi.) & librum quendam, typis istiusmodi exaratum, Flo-

Florentiæ, in Bibliothecâ magni Ducis Hetruriæ, asservari; sed labitur. Extat etenim & apud nos liber, literis vetustis Ungaricis exaratus, sed nihil tale in eo observamus, quamvis scripturam istam vetustam, legere intelligere, præterea etiamnum hodiè, scribere eadem possimus.

6. Librum Florentiæ asservatum, non literis Ungaricis, sed literis linguæ alicujus alterius, scriptum eousque asseremus, donec quis Florentinâ ingressus Bibliothecam, vel partem quam exiguam, exinde verè descriptam, ad nos transmiserit, vel, si quis Hungarus istius scripturæ gnarus, viderit, legerit, & nobis bonâ conscientiâ, testatus de eâ fuerit. Sanè credibile est, scripturam aliquam literis linguæ alicujus orientalis, conscriptam esse.

Loquendi ratio simillima est ei, quam lingua sancta sibi vendicat, cujus veritatem non obscurè in sequenti opusculo videbimus: maximè in suffixis, adjectivorum indecli-

clinabilitate, & ſimilibus.

8. Quantum ad puritatem, & à linguarum aliarum commixtione immunitatem, lingua Hungarica à commixtione, cum linguis aliis, caſta eſt & pura: propriis adhuc gaudens vocibus; proprio loquendi modo; propriâ declinandi, & conjugandi ratione.

9. Illa, vocum aliquarum à vicinis nationibus, Germanicâ nempe & Sclavonicâ mutuatarum ut & Latinarum, præſertim apud juriſtas, irruptio, linguę hujus puritati parùm officit. Eæ etenim ſunt pauciſſimæ. Ut verò Hebraicę puritatem quarundam Chaldaicarum mixtura, Grecæ Novi Teſtam. ſcripturæ, quarundam Syriacarum & Hebraicarum interpoſitio, non tollunt; ſic nec linguę Hungaricæ ſimplicem puritatem & caſtitatem, voces aliquæ Sclavonicæ, Germanicæ, & Latinæ tollunt.

10. Puritatem etenim intelligimus eam, non quæ omnem ſimpliciter excludat vocum aliquarum admixtionem, ita enim, nulla ſub cœlo lingua pura eſt, Sed eam, quę generalem linguæ unius cum aliâ commixtionem reſpuat, qualem inter linguas, Anglicam, Scoticam, Belgicam &c. item Bohemicam, Polonicam, Rutenicam &c. videre eſt. Loquentem Anglicè Scotus intelligit & non: loquentem Belgicè, Anglus & Scotus, in aliquibus intelligit &c. Sic in aliis. Sed loquentem Hungaricè, nullus ſub cœlo populus, linguæ Hungaricæ notitiam, induſtriâ non conſecutus, vel ſaltem in unâ vel alterâ ſententiola, intelligit.

11. Quantum denique ad ejuſdem, cum linguarum aliquâ convenientiam & affinitatem, lingua Hungarica, nulli linguarum ſub cœlo tam eſt ſimilis, ac Hebraicæ; quam imitantur Syriaca, Chaldaica, & Arabica, quamvis longius. Patebit hujus in corpore inſtitutionis, veritas. Tantum de Naturâ ejus in genere.

12. Literæ, dictiones Hungaricas conſtituentes, vel 1. quâ more antiquo

quo & propriè Hungaricè ſcriptæ: vel 2. quâ literis romanis expreſſæ, conſiderandæ ſunt.

13. Quâ propriè Hungaricè ſcriptæ ſunt. 32. k enim aliter in medio aliter in fine & principio ſcribitur; ut pateret in figuris literarum quas libenter daremus, ſi ita typos ad imprimendũ, ut pennam & digitos ad deſcribendum habere poſſemus. Quia verò typis Scythicis deſtituimur: Romanis deſcribimus, quomodo deſcriptas vocamus, quâ romanis characteribus expreſſas; quæ ſtatim ſequentur ordine; & quidem non quâ literę, quàm Hungaricarum literarum (quarum una quæque ſimplex eſt) quo ad poteſtatem & ſignificationem, ſæpè per duas: expreſſiones.

14. Qua romanis characteribus expreſſæ, ſunt 31. hoc ordinè.

a. b. cz. cs. d. e. f. g. gy. h. i. j. k. l. ly. m. n. ny. o. ö. p. r. ſ. ſz. t. ty. u. ü. v. z. zs.

15. Ex his quædam ſunt vocales, quædam conſonantes.

16. Vo-

16. Vocales ſunt, numero ſeptem, *a. e. i. o ö u ü.* aliquando acutæ aliquando graves.

17. Coſonantes ſunt. 24. nimirum omnes reliquæ.

18. Diviſio literarum in mutas, liquidas, duplices, ſemivocales &c. in hac lingua ſupervacanea eſt.

19. Sonus literarum quis ſit, ſequentia exponunt.

b. d. f. h. i. j. k. l. m. n. o. p. r. t. u. v. z. ſonant ut apud latinos.

cz. Sonat *c.* tenuis ſibili ut: *Civitas, cera.*

cs. Sonat. *c.* craſſi ſibili, *ac ſi* eſſet, *ts.* vel. *ch.* anglorum ut: *Church; chapter.*

g. Sonat. *g.* durum ut: *γ.* græcum: *gallus, globus, guberno.*

gy. Sonat. *g.* molle ut: *gingiva, gigas.*

ly. l. emollitum & lingua palato admota efferendum. ut: *Talállyuk.* Invenimus.

ny. n. emollitum, & eodem modo pronunciandum ut: *Nyak.* Collum.

ö Sonat. *o.* cum e. mixtum ut: *görög.* Græcus.

s. So-

s. Sonat. *s.* durum, ut ſigna græcorum, ut, *Ventus, ſinus.*

ſz. Sonat *ſ.* tenue & molle per ſibilum efferendum ut, *ſzéna* fœnum.

ty. Sonat *t.* emollitum, & lingua palato affixa efferendum ut, *Sarkantyu.* Calcar.

ü Sonat *u* gallicum ut *für.*

zs. Sonat *ſ.* duriſſimum & craſſiſſimum ut. *Sák* Sámbucus.

20. Inter has *ly* & *ty.* nunquam in principio occurrunt. In vocibus autem *tyuk* & *lyuk*, quod ponatur *A* ex pura putâ eſt ignorantiâ: Dicendum, ut quidam obſervant. *tik. lik.*

21. Vocales *a.* & *e.* duplicem habent ſonum. 1. Clarum ut. *kár.* damnum. *édes, dulé*, amo ego & notatur accentu acuto. 2. Obſcurum, ut *kar.* chorus, *Sereg.* cohors & ponitur ſine accentu.

22. Primò, non Hungaricè ergò illi Procuratores, Scribæ & Secretarii, ſcribunt, qui Hungaricè ſcripturientes pro *ô êo* ponunt. Secundò non huugaricè Poſtillatores antiqui, qui pro

pro *ü. eu* ponunt ut videre eſt in poſtilla *Stephani Beythe.* Tertiò non Hungaricè ſcriptores illi, qui pro *cs. ch.* quod reſpondet *chi.* græcorum, ſcribunt.

23. Ex dictis, omnis in univerſum vox Ungarica componitur literis, quę quia more hebræorum triplex eſt 1. Nomen. 2. Verbum. 3. Particula. tres etiam hujus inſtitutionis partes & libros facimus, non ſecùs ac oratio Hungarica tres iſtas etiam poſcit partes.

LIBER PRIMVS

De NOMINE.

SECTIO PRIMA,

De Nomine Perfecto.

CAPUT I.

De Charactere Nominis ſcilicet particula, az.

1. NOmen eſt vel perfectum & plenarium, nempe quod in linguâ latinâ vocatur, nomen ſtrictè dictum,

ut *ta*, arbor, *ember*, homo; vel imperfectum & analogum, quod latini vocant Pronomen, ut, *En*, ego, *Te*, tu.

2. In illo explicando non dabimus accidentium definitiones latinas, non divisiones, sed ea quæ aliena à linguis occidentis præsertim latinâ videntur, breviter, attingemus, & quidem primò particulam, *az*. notam nempe Nominis perfecti genuinam. Secundo reliquam ejus naturam, considerabimus.

3. Particula. *az*. quibuscunque additur, nomen, vel pro nomine sumptum esse, necessariò debet.

4. Additur particula *az*, nonnunquam nominibus, nonnunquam infinitivis; nonnunquam sententiis.

5. Particula *az*. additur nominibus primò vel immediatè, cùm inter particulam & nomen nulla vox intercedit ut, *az ember*, homo; vel mediatè é contra, ut *az nalam lako ember* homo apud me habitans. Secundò vel ultimatè non respicit vocem ulteriorem sub intelligendam, ut, *az Isten igaz* Deus

Deus est justus, vel non ultimatè, cum additâ alicui voci respicit aliam ulteriorem subintelligendam ut, *Az enyim*, Meum scil: hoc vel illud, & significat idem quod Illud est, quod meum est, seu quod ad me pertinet Tertiò vel integrè, cum sequitur vox habens in principio vocalem: ut *az ember*, homo; vel truncatè, ablato nimirum, *z* & solo *a*. remanente, cum videlicet sequitur vox consonam in principio habens, ut *a dicsóſſég* gloria.

6. Solet quidem à quibusdam cuilibet voci sive consonæ, sive vocali incipiat, promiscuè addi, sive truncatè, sive integrè, sed vix Orthographia hoc ipsum patitur. Sane modo præscripto, proprius ad orthographiam accedit.

7. Particula *az*, additur verbis infinitivis, non aliter quam pro Nominativo sumptis, ut. *Az étel után sétálni egéſſéges*. Pro *az étel után valo sétálás egéſſéges*. Deambulare post cibum salutare. pro deambulatio.

8. Particula *az*, additur sententiis inte-

integris, ut & verbis & quibusvis aliis, non nisi Materialiter, pro re unâ aliquâ. *Az Pater noster qui es in cœlis imádság.*

9. Particula *az* apud Hungaros idem valet, quod *thean*, *á*, apud Anglos: *de*, *het*, apud Belgas, & *he* demonstrativum apud Hebræos. Tantum de particula diacriticâ, *az*.

10. Reliqua Nominis perfecti per particulam *az*, cogniti natura, 1. in naturâ primitivorum & derivativorum, 2. in naturâ adjectivorum & comparationis eorundem, 3. in motione é singulari in pluralem. 4. in naturâ compositorum & eorundem compositionis 5. in variatione nominis per casus, seu declinatione. 6. in mutatione vocalium, bene explicatis apprimè exponatur.

Caput II.

Primitivorum & Derivativorum naturâ.

1. Vox Primitiva in linguâ Hungaricâ, varia est; aliquando monosyl-

syllaba, ut *Szem*, oculus. *Szai.* Os *Szék.* Sedilé, &c. Aliquando dysyllaba ut, *Buza*, Triticum, *Láda*, Arca &c. Aliquando polysyllaba ut, *Barázda* Lira. *Parázna.* Adulter. &c. Monosyllaba tamen frequentius radicem constituit.

2. Vox Primitiva apud Ungaros, non semper est Substantiva, sed aliquando quidem substantiva ut, *láb.* pes, *Tenger.* Mare &c. Aliquando verò adjectiva ut *szomoru*, Tristis. *Kevély.* Superbus. Promiscuè enim Substantiva ab adjectivis, ut, *Bölcseség*, sapientia á *bolcs* sapiens, &c. & adjectiva à substantivis ut, *Lábas* á *Láb* derivantur.

3. Nullum nomen derivativum, est monosyllabum; sed omne monosyllabum est primitivum; quamvis non omne primitivum sit ut ostensum est monosyllabum.

4. Derivata omnia à primitivis, additione, literarum derivantur, quæ sunt vel, 1. denominativa vel. 2. diminutiva vel. 3. verbalia, quæ peculiarem singula in derivando servant rationem.

5. Denominativa quia à variis possunt desumi rebus, sunt varia, & quia varia variè etiam derivantur. 1. Quædam notant habere. 2. Quædam rationem circumstantiarum loci & temporis, 3. Quædam verbalitatem. 4. Quædam privationem & negationem. 5. Quædam denique materiam.

6. Denominativa notantia habitum, seu habere in genere, derivantur additione literæ. 5. Sine vocali, cum vox primitiva vocali desinit, ut *marhás*, *kecskes*, *s.* tantummodo additur: si verò secus cum vocali aliquâ; nempe eâ, quæ in ultimâ vocis primitivæ parte auditur: ut *gombos*, *farkas*, *kerekes*, *kórmós*, *Urmós*. Quędam tamen habentia, *á*, in ultimâ primitiva syllaba, assumunt. *o.* ea nimirum quæ à substantivis in *szt* derivata sunt ut *Parasztos*, *harasztos*.

7. Denominativa notantia rationem circumstantiarum loci & temporis, quocunque modo; derivantur affixa sola vocali, *i.* ut *Földi*, terrenus, *Varasi* oppidanus, *Debreceni*. Debreci-

cinus. *Iegnapi*, hesternus &c. Non secus ac apud Hebræos.

8. Notandum hîc est, fieri aliquando irregularitatem quam quandoque enim vocalem, *i.* formativam denominativi, præcedit vocalis alia euphoniæ causa, ut. *Mennyei* à *Menny*, non *memy*.

9. Denominativa notantia verbalitatem hoc est à verbis deducta. 1. Derivantur affixa vocali. *ő. o.* ea nimirum quæ respondent participiis præsentibus latinorum: à verbis in ultimâ syllabâ vocalem *e.* vel *ö* habentibus, in, *ö*, ut *szeretö*: ab iis autem, quæ secus ultimam habent affectam syllabam, in *o.* ut *Mardoso*. *Vágo*. 11. Derivantur affixâ terminatione *tettet* & *tattot*, ea nimirum, quæ respondent participiis præteritis latinorum, ut, *szerettet*, *mondattattot*. 111. Derivantur affixa terminatione. *endö*, *ando*, ea nimirum, quæ respondent participiis futuris activis, latinorum, ut *szeretendö mondando*. 1v. Derivantur affixa terminatione, *tetendö*, *ta-*

tando ea nimirum quæ respondent participiis futuris passivis latinorum ut, *Szerettetendö, mondattando.* Interim, quandoque ut proxime antecedentia, efferantur.

10. Hac inter nomina qua participia ponere volui, quia plus nominis quam verbi, si quid hujus habeat, habent, imò rectius nomina quam participia sunt: In assumendis porro istis terminationibus, quando *e.* vel *ö* quando *a.* vel, *o*, venire debeant ex theseos nonæ, parte priori, constare potest facile.

11. Denominativa notantia, negationem vel privationem, derivantur affixa terminatione, *telen*, & *talan*. *Telen* in iis, quæ vocali *e. ö. ü.* & *i.* syllabam ultimam claudunt ut, *embertelen. Talán*, in iis, quæ ultimam syllabam vocali, *a. o. u.* finiunt, ut, *haszontalan borjutalan.*

12. Observandum tamen hîc est, 1. in affigenda terminatione ista, *talán telen*, aliquando vocalem, syllaba *lan len* præmissam, euphoniæ causa, ante con-

consonam, *t*, pronunciari, ut. *Váratlan, lévetlen, keresetlen* &c. 11. Denominativis in *i* & *e* desinentibus, non semper *telen*, sed aliquando, quamvis rarius, *talan*, ut *taitektalan sirtalan.* addi, sed hoc fit rarius.

13. Denominativa, notantia materiam, & originem & terminum à quo, derivantur affixa terminatione *beli*, veniente ex præpositione, *böl*, seu *belöle*, ut, *kertbéli*, hortensis, *Seregbéli*, *vizbéli.* Tantum de prima specie derivatorum nempe denominativis, & eorum derivandi ratione.

14. Diminutiva parem in modum non uno & eodem modo, è primitivis enascuntur. Nam 1. fiunt affixa terminatione, *ka, ke*: illa affigenda, cum vox in vocalem, *a, o, u*, desinit, ut, *Léanka aßsonka*: hac; cum eadem in *e, i, ö, ü*, desinit, ut *emberke.* 11. Præfixa huic terminationi litera *cs.* cum vocali aliqua: ut, *földecske, egecske, Sarucsku, Sárocska.*

15. Notandum est, propter literam hanc, cs, terminationi diminutivorum

rum formativa, *ka*, *ke*, præfixam, vocales quandoque permutari & transponi, ut, *Szatyrocska*, á *Szatyor*, vel certè euphoniæ causa vocalem finalis syllabæ rejici.

16. Quod si prior ratio teneat, ratio manifesta est, à trium consonantium concursu, in eádem syllaba, concurrerent enim tres consonantes, *r*, *cs*, *k*, quæ in pronunciando difficultatem & insulsitatem non parvam crearent.

17. Malè verò terminationem *cs a*, *cse*, formandis & derivandis diminutivis quidam adhibent ut. *Tynkcsa*, *Gyermekcse*, talem enim loquendi modum Hungaricæ, regulæ, respuunt. Et certè non aliunde quam ex posteriori derivandi modo, originem, hæc vitiositas vitiosè sumsit.

18. Verbalia sunt vel adjectiva, de quibus dictum paragrapho. 9. inter denominativa: vel substantiva, quæ multifarium, etiam, in descendẽdo ab origine, observant modum. 1. Quædam assumta terminatione, *ság*, *ség*, ut, *bölcsesség*, *bolondság*. 2. Quædam affixa

affixâ terminatione, *mány*, *meny*, ut *Tartomány*, *adomány*, *gynjtemény*. 3. Quædam, *ás*, vel, *és*, ut. *Asás Eneklés*. 4. Quædam *et*, *at*, assumptâ ut, *Szeretet*, *akarat*. 5. Quædam *lom*, *lem*, affixâ, ut *Siralom*, *sérelem*, *szerelem* à primitivis derivantur.

Caput III.

De Naturá Adjectivorum, & comparatione eorundem.

1. ADjectiva sunt Nomina, affectionem rei certę, una cum Substantivo significantia, ut, *Io ember* Bonus homo.

2. Adjectiva sunt, vel simplicia, quæ nisi Substantivascant semper sunt adjectiva, ut sunt omnia illa quæ significant adjectiva apud latinos vel alios propriè sic dicta ut, Bonus, *Jo*. Doctus, *Tudos*, altus, *magas*, vel composita, quæ etiamsi non substantivascatur, sunt tamen quandoque substantiva ut, *Tenger elme*. *Tök agy*. *Hoher gazda*: Hæc enim & substantiva perfecta sunt ut, *Tenger*, *Tök*, *Hohér*.

3. Ad-

3. Adjectiva consideranda sunt, vel in sensu composito, quâ retinent naturam formalem adjectivi: vel in sensu diviso; quâ deponunt naturam formalem adjectivi, sive substantivascendo, ut simplicia; sive non substantivascendo, ut composita quandoque. Substantivascere est adjectivum indefinitè poni, quod Latini genere Neutro, Hebræi genere fœmino, numero plurali & singulari efferunt.

4. Adjectiva in sensu composito sunt indeclinabilia: non secus ac apud Hebræos: ut *Jo ember, io embere, io embernek* &c. *Tök agy, tök agyé, tök agynak* &c. Ea verò quæ sunt in sensu diviso, sunt declinabilia & declinanda, ut, *Jo, ioe, ionak* &c. *Tök, töké, töknek*, &c.

5. Adjectiva Hungarica, qualiacunque sint, motionem de genere in genus prorsus respuunt; nec enim per tres terminationes *us, a, um*, nec per duas, *is, e*, instar Latinorum; vel secus instar Hebræorum, moventur, sed retentâ terminatione eadem quibuscun-

cunque nominibus promiscuè addi possunt; idque quia nulla in hâc lingua habentur genera.

6. Terminatio eorum ferè infinita est, quas non est necessum recensere.

7. Adjectiva, quando convenit & requiritur, comparationem admittunt, ut & substantiva de gradu in gradum. Gradus sunt tres. 1. Positivus. 2. Comparativus. 3. Superlativus.

8. Positivus fit, Ponendo absolutè, sine ullo addito, adjectivum; & hoc ipsum quòd absolutè ut in themate habetur, ponatur, est charasteristica ejus nota, seu character, ut *Szent*.

9. Comparativus fit à positivo, affixo duplici, *b*, eidem positivo, integrè servato, ut, *Szentebb. Jobb*, &c. sed non semper uno & eodem modo. Quia enim nomen comparandum duplex est, nempe vel 1. consona vel. 2. Vocali desinens, hinc & comparativi formatio duplex est.

10. Prima est eorum nominum, quæ consona desinunt, fitque assumen-

mendo, affixum duplex, *b*, præfixa vocali, *a*, vel, *e*, & fronti vocalis, consonam, consonæ, finalem syllabam claudenti, similem adjiciendo, ut, *Szerelmes*.

11. *Szerelmesseb. Roszz. Roszszabb* &c. Assumitur autem vocalis *a*. vel, *e*, ante terminationem comperativi, duplex nimirum *b*. non promiscue, sed distincte videlicet, si nomen desinat in consonam, cum *a*, *o*, *u*, exeuntem, ut, *tágas*, *hangos*, *Sarus*: tantum vocalis, *a*, ut, *tagassab*, *hangossab*, *sarussab*. Si verò in consonam cum, *e*, *i*, *ö*, *ü*, exeuntem ut, *Kezes fris*, *körmös*, *gyürüs* tantum vocalis, *e*, ut, *kezessebb*. *frisseb*. *körmösseb*. *gyürüssebb*.

12. Notandum est hîc, 1. quædam aliquando pati elisionem vocalis præfixæ, cum consona adjecta, finali, eique simili, & exinde duplex, *b*. in simplex, mutari, ut *roszb* pro *roszszabb*, *kedvesb*, pro *kedvessebb*. &c. vel euphoniæ vel compendii causa: Hanc autem patiuntur elisionem, imprimis adjectiva in, *lan*, & *len*, item *S*. & *Sz*. de-

desinentia, ut, *tudatlanb*, *hitetlenb*. &c.

11. Notandum est quædam habere irregularitatem aliquam, ut *Szep*, & similia, in quibus consonans finalis propter crasin seu contractionem, cum vocali sua eliditur ut, *Szebb*. pro *Szépebb*. eliditur *ép*.

13. Secunda comparativi formatio, est eorum nominum, quæ vocali desinunt: fitque sola affixi duplicis, *b* terminationem comparativi constituentis vocali ultima appositione ut, *Jo*. *iobb*. *Gyenge gyengebb*. &c. Ergo character comparitivi est, *b*. facta elisione, vel, duplex, *bb*. ordinariè & communiter.

14. Superlativus fit à comparativo, præfixa particula *leg*. eidem integrè asservato, ut, *leg szentebb*, *leg roszszab* ut apud Anglos *p* fixa particula *most*, ipsi positivo. Character ergo superlativi, est particula *leg*.

15. Ut adjectiva positivi gradus, ita & comparativi & superlativi, declinantur quidem, sed nec per genera nec per terminationes moventur. Præ-

Præterea circa hæc nulla difficultas.

Caput IV.

De Motione nominis é Singulari in pluralem.

1. Motio nominis é singulari numero in pluralem, fit affixo, *k.* ipsi themati, ut, *ember*, *emberek*. *lov. lovak*, *ház*. *házak*.

2. Motio nominis é singulari in pluralem est duplex Prima est nominum, in consona desinentium, quæ, ante terminationem pluralem *k.* assumunt vocalem aliquam, ut, *kenyér*, *kényerek*, *kes*, *kések*, *láb*. *labak*.

3. Hæc verò vocalium assumtio, ante suffixam terminationem, *k.* non fit promiscuè, pro lubitu, sed secundum indigentiam & naturam vocis. Si enim 1. Vox consonante finiens, ultimam syllabam, habeat vocali, *a. o* vel. *u.* affectam *k.* affigetur cum vocali *a.* vel *o.* ut *Haz*, *házak*, *tatár tatárok*, *galamb*, *galambok*, *lov*, *lovak*, *ostor*, *ostorok*, *ur*, *urak*, *tur*, *turok*. &c. 2. Si ultimam syllabam, habeat vocali *e. u.* vel *i.* affectam, *k.* assumetur cum vocali, *e.* ut, *kéz*, *kezek*, *viz*, *vizek*, *tüz*, *tüzek*, *fül*, *fülek*. &c. 3. Si in ultima vocis syllaba audiatur *ö*, tum, *k.* assumetur, cum vocali *ö* vel *e.* ut, *török*, *törökök*, *köv*, *kövek*, *töv*, *tövek* &c.

4. Observandum verò est, non tam perpetuas ac universales has regulas esse, ut nullam patiantur exceptionem. Quædam enim 1. Desinentia in consonam, cum vocali, *i*, assumunt *k.* cum vocali *o.* ut. *kalamarisok* &c. & non *e.* ut solent communiùs. 2. Quædam monosyllaba, desinentia in *e.* cum *k.* vel *i.* assumunt *k.* plurale, non cum *e.* ut fit communiùs, sed cum *a.* vel *o.* ut, *fazék*, *fazékak*, *jaték*, *jatékok*. *hey*, *héjak*, *Paréi*, *pareiok* &c.

5. Notandum & illud est quòd in motione nominum, ultimam syllabam consonante finientium, fiat aliquando vel euphoniæ vel compendii causa, elisio vocalis, finalem consonam antecedentis, ut, *Tegez*, *tegzek*, non *tegezek*, *körröm*, *körmök* non *körömok* &c.

6. Hæc

6. Hæc autem Euphonia, locum habet in nomibus dissyllabis & polysyllabis, desinentibus in rem, ut *verem*: *rõm* ut, *kõrõm*: sed excipe *crõm*, *kõr*, ut *õkõr*, *bõr*, ut *Csõbõr*: *gez* ut *tegez*, *boz*, ut *koboz*, *ok*, ut *torok*; *ol* ut *jasol*; *ôl*, ut, *kõbõl om* ut, *halom*: *ony*, ut, *torony*: excipe *aszszony reg*, ut, *mereg*, sed excipe *sereg*.

6. Secunda nominis è singulari in pluralem motio, est nominum vocali desinentium, quæ neglecta vocali litera *k*, præfigi solita, solum *k*, ad vocalem suam ultimam assumunt, ut *Buza buzák*, *Gyenge*, *gyengek*.

7. Nonnulla tamen & hîc occurrit irregularitas. Quædam enim nomina, in vocali *ô* desinentia assumunt *k*. cum vocali, mutata primum ultima vocali *ô* in, *ei*, ut, *fõ*, *fojek*. Deinde quædam desinentia in *u*. mutant *n*. ante, *k*. in *a*. ut. *Varju*, *Varjak*, *borju*, *borjak*. &c. Si motio hęc non sit vitiosa, quod ego quidem conjicio, secus de priori sentio quam ex analogia affixorum, cum hoc nomine positorum, col-

colligo, dicimus enim, *fejem*, *fejed* *feje*, non *fõm*, *fod*, *foje*. Hæc de motione è singulari in pluralem.

Caput V.

De Compositis & eorum compositione.

1. IN lingua hâc Hungarica, quia non sunt multa composita, & si quæ sint ea quoque ex integris, non multam habet natura compositorum & compositionis difficultatem.

2. Composita conflantur communiter ex duabus vocibus integris, sive nomina, sive verba, sive particulæ sint, ita ut vix videantur esse composita ut. *Hegy tetõ*, *Tũzkõ*. *Elõkôtô* &c. Hæc sane liberum permitto, duo simplicia dici, liberum & in composita reduci.

3. Compositio fit dupliciter. Primò in partibus compositi, nullâ factâ mutatione, ut, *Tuzkõ*, *Hegyestôr* &c. Secundò, aliqua in iisdem facta mutatione, vel nempe 1. in literis & vocalibus ut, *keszkenô* pro *kézkenô* ubi *e*. clarum

rum in *e*. obſcurum, & litera *z*. in literam *ſz* mutata eſt; vel *z*. in vocalibus tantum, ut. *Fekôtô* ubi *ô* mutatur in *e*.

4. Compoſitio ratione partium componentium variis modis fit. Primò, ex nomine & nomine ut. *Tüzkô*, *Hegytetô*. Secundo, ex nomine & verbo, ut *Boriſza*, Tertiò ex nomine & particula, ut *általvetô*, *Elôkôtô*. Quartò ex verbo, nomine & particula ut, *Bornemißa*.

5. Compoſita nomina apud Hungaros, eam habent naturam, ut tantum poſteriori ſua parte declinentur, priori, etiamſi ea ſit nomen, minimè ut. *Tuzkô*. *Tuzkôe*. *Tuzkônek*. &c.

Caput VI.

De Declinatione ſeu Variatione Nominis per caſus.

1. DEclinatio apud Hungaros una tantum eſt, variatio nempe vocis cujuſlibet per caſus.

2. Caſus apud eoſdem inveniuntur ſeptem 1. Nominativus ut, *ember*, cujus cha-

character eſt abſolutè poni, 2. Genitivus ut, *emberé*, cujus character eſt *è*. 3. Dativus ut, *embernek*, cujus character eſt ſyllaba, *nak*, *nek*. 4. Accuſativus ut, *embert* cujus character eſt litera, *t*. 5. Vocativus ut, *emberen*, cujus character eſt. *n*. cum vocali aliqua. 6. Traductivus, ut *emberre* cujus character eſt *a.e.* 17. Conjunctivus ut, *emberestôl* cujus character eſt *ſtol*, *ſtôl*, *ſtul*, *ſtül*.

3. Genitivus, in nominibus conſona finientibus, fit addita vocali *e*, ut *emberé*: in iis verò quę vocali deſinunt aſſumitur *j*. ante *e*, finale ut, *házáje*, *kecskéje* &c. idque euphoniæ ſolùm cauſa, & abjecto etenim. *j*. valeret *h*. m. *házáe*, *kecskeje* &c.

4. Dativus dum fit, voces in ultima ſyllaba *a. o. u.* habentes poſcunt, *nak*, ut *ház*, *háznak*, *gond*, *gondnak*, *ſaru*, *ſarunak*; voces vero habentes *e*, *i*, *ô*, *ü*. poſcunt, *nek*, ut *kéz*, *kéznek*, *viz viznek*, *ôrôm*, *ôrômnek*. *bün*, *bünnek*. Fit tamen aliquando, vel per errorem, vel per irregularitatem, ut nomina in ultima ſyllaba vocalem *i*. habentia, ſuffixum,

fixum, non, *nek*, quod regulariter deberent, sed *nak*, assumant, ut, *ir*, *irnak*, *zsir*, *zsirnak*, *sir*, *sirnak*, *szij*, *szijnak*, &c.

5. Accusativus dum fit, voces desinentes in consonâ, quandoque assumunt vocalem aliquam, ante *t*. nimirum, *a*. vel, *o*. in voce. syllabam ultimam, vocali, *a*. affectam habente, ut *barang*, *barangot*, *kalap*, *kalapot*. *had*, *hadat szarv*, *szarvat* &c. *e*. in voce, se vocali *e* & *ü* claudente, ut *kéz*, *kezet*, *tüz*, *tüzet*, *fület*, &c. *e*. vel *o*. in vocem, cujus finis habet vocalem *i*. ut. *Viz vizet*, *csik*, *csikot*, *tik*, *tikot*, & *ö*. in voce, quam vocalis *ö* finit ut *tôrôk*, *tôrôkôt*, *kôd*. *kôdôt* &c. *o*. in voce, vocalem *o* in ultimâ syllabâ habente ut, *kolompot*, *gond*, *gondot*: *o*. vel *a*. in vocibus. per *u* exeuntibus, polysyllabis quidem, *o* ut *hazug hazugot kakukk kakukkot* &c. Monasyllabis verò *a*. ut *Lud*, *ludat*, *nyul*, *nyulat*.

6. Quandoque autem, voces, eadem in consonâ desinentes, euphoniæ causâ, eandem respuunt, & ad consonantem finalem immediatè characterem a. accusativi, t. assumunt, ut. *sir sirt Kár*, *kárt*, *sas*, *sast*, *has*, *hast* &c.

7. Nomina desinentia in vocalem puram, & sine consonâ positam, nullam vocalem assumunt, sed sibi, immediatè characterem accusativi suffigunt, ut. *buza*, *buzat*. *fecske*, *fecsket*. *vizi*, *vizit*. *lopo*, *lopot*. *saru*, *sarut*, &c.

8. Accusativi pluralis, alia est ratio: quia enim semper fit ex nominativo plurali, semper per affixum k. formato, non potest secus characterem suum nempe t. assumere. Propter terminationem k. quæ cum t. consistere, nisi vocalis intercedat, nequit, nisi præmissâ ipsi characteri t, aliquâ vocali a. vel t. ut. *Emberek*, *buzakat*. & non *Emberekt*, *Buzakt*. Sed & hîc valet id, quod in initio theseos quintæ diximus.

9. Locativum casum nominamus eum, quo rem super loco aliquo esse efferimus, ut *asztalon*. qui fit ex themate seu Nominativo, dupliciter. i. affixâ literâ n. cum vocali aliquâ nempe o, in omnibus in a, o, u. impurum, exeun-

exeuntibus ; ut, *Harangon, Kalapon, Kolompon, nyulon* : cum è obſcure in vocibus in *e.* & *i.* impurum deſinentibus ut, *Kerék, kereken, tegez tegzen, viz, vizen, tiz, tizen, hir, hiren*: cum: ō, in vocibus in ō & ū. impurum deſinentibus ut, *bôr, bôrōn, tūz, tūzön* &c.

10. Locativus fit ſecundo ex themate ſeu nominativo, ſolo charactere *n.* ſine vocali, affixo, in nominibus videlicet illis, quæ in vocales puras deſinunt ut, *buza, buzā, képen, havasin, bohón, ſarun, tetôn, tetûn.*

11. Locativus aliquandò patitur eliſionem vocalis, ultimam ſyllabam cum conſonâ facientis, euphoniæ vel compendii cauſa, ut. *tūkrôn kôlykôn* &c. ad analogiam, motionis & comparationis, non *tûkôrôn kolyôkon.*

12. Traductivum caſum illum vocamus, quo tendentiam rei ad terminum ad quem, intelligimus, ut *emberre, lova.* &c. fitque à themate ſeu nominativo dupliciter. 1. aſſumendo ſimilem conſonam, *ei*, quæ eſt in fine vocis ; ad characterem *á*, vel *e.* in nomini-

minibus, deſinentibus in vocales impuras: character, *a.* erit in vocibus deſinentibus in *a.o.u.* & quibuſdam in *i.* ut. *Kalmár, kalmárrá, kobor kobborza, nyul, nyullá, zſir, zſirrá, ſir, ſirrá,* &c. Character *é.* erit autem in nominibus in a, i, ō. ū. deſinentibus, ut, *méz, mezze, viz, vizze, tôrôk, tôrôkké, szûk, szûkké.*

13. Traductivus caſus fit ſecundo, præfixo, v. euphoniæ cauſa characteri, *a.* vel *e.* in nominibus, in vocales puras deſinentibus, ut, *lôre, lôréi é, kutya, kutyává* : fit autem aſſumtio characteris, *a.* in vocibus deſinentibus in a o & u. & quibuſdā in i. ut, *buza buzává, lopo, lopová, ſaru, ſaruvá, kállai, kállaiva.* Characteris autem *e.* aſſumtio, fit in vocibus deſinentibus in ê, ô, û, & quibuſdā in *i.* ut, *kecske, kecskéve ſzôr zô ſzôrzôve, bôtū, botūvé, mennyei, mennyeive.* &c.

14. Conjunctivus caſus, is eſt, quorem habentem conjunctam cum ſuo habito, efferimus ut, *Kônyveſtól dolgoſtol*; fitque etiam dupliciter. Primò aſſumta vocali aliqua ante ſyllabam characteriſticam *ſtol, ſtôl,* ſi vox deſinat

in consonam: nimirum o, vel a, cum a, u, vel o, in ultima syllaba auditur, ut. *buzogány*, *buzogányostol*, *madár*, *madarastol*, *toll*, *tollastol*. *bolond*, *bolondostol*. *strucz*, *struczostol*. *lud*, *ludastol*: e vel ö, ab iis, quæ ultimam syllabam cum vocali e, ö, ü claudunt, ut *Kezestöl*, *dögöstöl*, *tüzestöl*: o, vel e, ab iis in quorum fine vocalis, i, adest ut. *hirestöl*, *csikostol* &c.

15. Secundò, casus conjunctivus, fit, affixa syllaba characteristica, sine vocali adventitiâ, in nominibus, vocali desinentibus, ut. *buza*, *buzástol*. *feisze*, *feiszestöl*: hoc tamen discrimine, quod nomina in a, o, u purum desinentia, characterem sibi adjungant, cum o, vel u. ut *lada*, *ladástol*. *lopo*, *lopostol*, vel *lopostul*. *saru*, *sarustol*: desinentia in vocalem e, ö, ü, eundem affigi velint characterem, cum vocali ö, vel ü, ut. *feiszestöl*, *fecskestöl*, *törököstül*, *gyüszüstöl* vel *tül*. Ea verò quæ in i, desinunt, possunt ö vel o ut. *kolopi*, *kolopostol* &c.

16. Casus conjunctivus est tantum singularium. Pluralium non item; eò quod pluralis desinat in consonantem k. quæ, cum *st* sine intercedente vocali, efferri non solet, ut. *emberekstöl*: vocalis autem non inter ponitur. Hunc Hungari exprimunt casum: addendo singularis numeri conjunctivo, notam universalitatis *minden* ut *Minden emberestöl*.

17. Casus locativus, traductivus & conjunctivns, sunt revera casus. Casus enim est Specialis seu diversa nominis terminatio specialem ejus habitudinem ad significans: Cui in Lingua hac tali debet gaudere terminatione ut ad particulas vel integras vel corruptas ferri nequeat, alias, si possit, vel adverbialis, præpositionalis, vel conjunctionalis, rationem subire, non erit casus, quia non diversa nominis terminatio, sed nomen cum hâc vel illâ particulâ affixâ.

18. Casus verò Latinorum & aliorum, Vocativus & Ablativus, in lin-

linguâ hâc non ſunt caſus, vocativus enim, non habet diverſam nominis à nominativo, terminationem, ſed eandem, unde definitio caſus, ei non quadrat. Ablativus verò, eſt nomen cum affixâ particulâ *tõl*, *tol*. ex præpoſitionalibus. Dixi autem terminationem, caſum diverſum facientem, talem eſſe debere, quæ rationem particulæ non habeat: Alias caſus eſſent. *emberbe*, *emberbõl*, *emberrõl*: ſi caſus eſſet *embertõl*, in quibus non eſt terminationis diverſitas, ſed affixarum particularum varietas.

19. Dabimus hîc paradigma unum, *Ember*. Sing. Nom. *Ember*. Gen. *Emberé*, Dat. *Embernek*. Accuſ. *Embert* Locat. *Emberen*. Traduct. *Embert*. Conjunct. *Emberestõl*. Et pluraliter Nom. *Emberek*. Gen. *Embereke*. Dat. *Embereknek*. Accuſ. *Embereket* Locativ. *Embereken* Traduct. *Emberekké*. Conjunctivum non habet.

CAPUT VII.

De Mutatione vocalium in Nomine.

1. MUtatio vocalium, ut non modicam in lingua Hebræa, creat difficultatem, ita & in Hungarica; præſertim iis, qui alienigenæ dum ſint, ſtudio linguæ hujus ſe addicunt: ut igitur hæc in diſcendo, difficultas tollatur: de mutatione vocalium paucis dicendum.

2. Mutatio vocalium fit. I. propter motionem è ſingulari in pluralem. ut, *Kéz*, *kézek*, *fõ*, *fejek*. II. propter declinationem ut, *buza*, *buzáie*. III. propter affixa ut. *fecske*, *fecskebõl*, *fecsketõl*, *fecskem*. &c.

3. In mutatione vocalium conſiderandæ ſunt vocales ſeptem ſub duplici reſpectu, vel quâ puræ, vel quâ impuræ. Puræ ſunt, cum ſine conſona finali in vocalem deſinunt. ut. *buza*. Impuræ ſunt cum in conſonantem exeunt, ut. *koboz*, *pokol*. Puras enim & impuras alio, quàm Græci grammatici,

tici, hic accipimus, modo, eo nempe quem explicuimus.

4. Nomina in a. obscurum impurum, ut. *fark, Harang*; in a. clarum. impurum ut. *kovász. kolbász.* in e. obscurum impurum ut. *Hely, hüvely*: in e, clarum impurum ut. *méz, dicsösség*: in i. o. ö. ü. u. sive purum ut *kerti, lopo, csörgö, daru, keszty ü*; sive impurum ut. *Viz, tot, török, lud fül.* desinentia; retinent suam vocalem in ultimâ immutatam. *Fö* est anomalum & mutat ö in ei ut. *fö, fejek*, ut dictum cap. 4. sectionis hujus paragr. 7.

5. Nomina in a, & ei: obscurum, purum desinentia, mutant a. obscurum in a. clarum, ut. *koma, komák. buza, buzák*, e. verò obscurum in e clarum ut. *fejsze, fejszék. kecske, kecskek.* De desinentibus in a. & e. clarum, purum, ob defectum talium vocum nulla difficultas.

6. Mutatio hæc eadem est, sive in movendo è singulari in pluralem; sive in declinando: sive in affigendo suffixum; qualecunque illud sit.

7. Mu-

7. Mutatio vocalium fit tantum in ultimâ syllaba, idque in qualibet voce, sive mono syllaba, sive dysyllaba, sive polysyllaba: in penultimam verò & ante penultimam nunquam cadit.

SECTIO SECUNDA

DE

Nomine Imperfecto, seu Pronomine.

CAPUT I.

De Pronominibus separatis & eorum Naturâ ac affectionibus.

1. HActenus de nomine perfecto: nomen imperfectum seu analogum est, quod vice nominis aliquando ponitur, ut. *En*, Ego. *Té*, Tu &c. & vocatur pronomen, seu provocabulum.

2. Nomina Imperfecta, seu Pronomina, ut apud Hebræos, ita & Hungaros, sunt duplicia 1. Separata. 2. Affixa. Separata, quæ per

ſe conſiſtere poſſunt, & peculiares voces conſtituunt, ut, *En, Te, Amaz.* Affixa ſunt quæ per ſe nec conſiſtere poſſunt, nec voces peculiares faciunt, verum finibus vocum aliarum affiguntur ut, *em, am, ed, ad,* &c.

3. Pronomina ſeparata ſunt. *En*, ego. *te*, tu. *ő*, ille, *magam.* ego ipſe. *magad*, tu ipſe. *maga*, ille ipſe. *Az*, id, ille. *Ez*, hoc. *Amaz*, illud. *Emez* vel *imez*, iſte. *Ki*, quis, qui, *Kicsoda.* quis. *mely*, quod, qui, quæ. *mellyik*, quis, quæ quod. *Azon*, idem. *Ezen*, hoc idem. *Micsoda*, Quid. *Enyim*, Meus. *Mienk.* noſter. *Tied*, tuus. *Tietek*, veſter. *ővé.* ejus. *ővek* eorum. In quibus 1. Diviſio. 2. Carentia generis & motionis 3. Motio é ſingulari in pluralem. 4. Figura ſeu compoſitio. 5. Declinatio conſideranda veniunt.

4. Diviſionem quod attinet: Pronomen præter vulgatam illam in primitivum & derivativum diviſionem, diſpeſcitur in quadruplicia. 1. Poſſeſſiva ut. *Enyim. Mienk. Tied, tietek*, *ővé. ővék*, & hæc fiunt ex genitivis ſingulaгularibus & pluralibus trium illorum pronominum, *en, te, ő.* 2. Interrogativa, *Ki kicsoda*, *mellyik*, *az*, *amaz*, &c. 3. Relativa, *Ki*, *melly*, &c. 4. Demonſtrativa ut. *En*, *te*, *ő*, *Az*, *Ez*, *Ezen*, *Azon*, &c.

5. Notandum verò eſt, unum idemque Pronomen, diverſas poſſe ſubire relationes, & quandoque demonſtrativum, quandoque relativum, quandoque & interrogativum poſſe eſſe, ut, *Az*, *Amaz*, &c.

6. Pronomina nullum habent genus: non moventur de genere in genus & terminatione maſculina in fœmininum; ex hac in neutrum: non admittunt ullam comparationem à poſitivo in comparativum, & ex hoc in ſuperlativum.

7. Motio è ſingulari in pluralem, vel regularis, vel irregularis eſt. Irregularis in qua, prorſus non ſervantur leges motionis ſupra cap. 4. propoſitæ: habentque eam. 1. *En*, *Te*, ab. *En*, *fit*, *mi*, ab. *Te.* fit. *Ti.* vel *tű.* 11. habent eam, *Mienk. Tied. Tietek*, *ővék*, hæc enim

moventur è ſingulari in pluralem, aſſumto ſolo i. ante terminationes ſeu affixa ſua ut. *Mieink, Tieid, Tieitek, ö-veik.* 111. Eam habet *öve.* Ex quo plurale, fit ſolùm affixâ, i. vocali ad finem ut. *övei.*

8. Motio regularis eſt, quæ ſecundùm leges motionis, ſupra memoratas inſtituitur aſſumto nimirũ ſolo.k. Pluralis numeri charactere, ſi vox in vocalem deſinat; ſi verò in conſonam k, cum vocali aliquâ aptâ ac conveniente affixâ ut, *ö, ök. enyim, enyimek. Azok, ezek, amazok, emezek,* &c.

9. Figura ſeu compoſitio & hic locum invenit, ſunt enim voces vel Simplices ut. *Az. En, Te, ö:* vel Compoſitę ut. *Amaz, azon, ezen, emez,* pro *imez*, mutato i, in e. euphoniæ causâ.

10. Ratione declinationis diſtinguuntur Pronomina, primò in regularia & irregularia: Regularia ſunt quæ ſecundùm datas declinationis regulas, variantur per caſus, ut. *Azon, Amaz, Imez,* &c. irregularia verò, quæ eadem

eadem non obſervant ut. *En, te, ö, öve* & *övék*, quæ Genit. & Nominat. eodem modo habent.

11. Secundò ratione declinationis diſtinguenda ſunt in perfecta ſeu integra, & defectiva ſeu imperfecta. Perfecta ſunt, quæ omnes ſeptem caſus progignere, poſſunt, ut. *Az, Amatz, Azon, Kicsoda,* &c. Imperfecta, quæ ex adversò non poſſunt, ut. *En, te, ö.* quæ locativo, traductivo, & conjunctivo caſibus carent.

12. Paradigma irregularium & imperfectorum eſt. 1. *En. S. N. En.* Gen. *Enyim* Dat. *Nekem,* vel *ennekem.* Accuſ. *Engem* vel *Engemet* Locativo. Traductivo & conjunctivo Carent. Et Pluraliter Nominativo. *Mi,* Gen. *Miénk,* Dat. *Minékünk* vel *nekünk.* Accuſ. *Minket,* reliquis caret.

13. Paradigma ſecundum eſt. *Te.* Singul. Nominativ. *Te.* Genit. *Tied.* Dativ. *tenéked,* vel *néked.* Accuſ. *Tegedet*, vel *Teged.* Reliquis caret. Et Pluraliter Nominativo. *Ti.* vel *Tü.* Genitiv. *Tietek.* Dativ. *Tinektek*: vel *nektek.*

nektek. Accuſ. *Titeket* reliquis caret.

14. Paradigma 3. eſt *ő*. Sing. Nom. *ő* Gen. *ővé*. Dat. *ő neki*, vel. *neki*, Accu. *őtet* reliquis caret. Et Pluraliter Nom. *ők*. Gen. *ővék*, Dat. *ő nékiek*, vel *nekiek*. Accuſ. *őket*. reliquis caret. Regularia reliqua ſunt.

15. Notandum verò eſt, in declinatione pronominum in *z*. *z*. conſonam deſinentium, ut. *az*. *amaz*. *emez*. &c. conſonam. *z*. ante ſuffixum *nak*, *nek*. ſuavioris pronunciationis cauſa, mutari in, n, ut, *amannak*. *annak*, *ennek*. &c. quamvis & *amaznak*, *emeznek*, *eznek*, *aznak* valerent.

16. Nomina analoga, etiam cum affixis poſita declinantur: Nomina autem analoga, cum affixis ſunt poſſeſſiva omnia ut. *Enyim*, *Tied*, *Mienk*, *Tietek* &c. & quæritur demonſtrativa ut, *Magam*, *Magad*, *maga*: hæc inquam perindè declinantur, ac apud Hebræos, nomina cum affixo, in quovis caſu efferuntur: Tantùm de pronomine ſeparato.

CA-

CAPUT II.

De Pronominibus inſeparatis ſeu affixis.

1. AFfixa ſeu ſuffixa ſunt triplicia. 1. Nominalia ſeu Pronominalia. 2. Verbalia. 3. Particularia. Hoc loco ſolum nominalia, quæ ſunt pronomina affixa, in ſeparata & corrupta, trademus de reliquis ſuo loco.

2. In affixis. 1. Quotuplici & quæ ſint: 2. quibus affigantur. 3. quomodo affigantur videndum eſt. Quoad primum quæſitum. Affixa ſunt. 1. vel ſingularis, vel pluralis numeri. 2. vel primæ, vel ſecundæ, vel tertiæ perſonæ.

3. Affixum primæ perſonæ, ſingularis numeri. eſt. m. cum vocali aliqua, a. e. i. o. ő. ű. veniens ex poſſeſſivo ſingulari *enyim*. Primæ perſonæ. Pluralis numeri eſt. *nk*, cum vocali, a. e. i. ő. u. ű. veniens ex poſſeſſivo plurali perſonę primæ *mienk*.

4. Affixum perſonæ ſecundæ, ſingularis numeri eſt. d. cum aliqua vocali.

cali, a, e, i, o, u. ő, ü. ortum ex possessivo singulari, personæ secundæ *tied*: Pluralis numeri est. *tk* cum vocali aliquâ e, vel o, ortum ex possessivo Plurali, Personæ secundæ, *tietek*.

5. Affixum Personæ tertiæ, singularis Numeri, primum quidem, & immutatum, est e. ortum ex possessivo singulari personæ tertiæ. *öue*: ortum verò, & propter vocum vocales immutatum, est a & i: Pluralis Numeri est k, cum vocali e, ó, vel o; ortum ex possessivo plurali tertiæ personę, *ök*.

6. Quod ad secundum quæsitum: suffixa pronominalia affiguntur vel 1. Nominibus sive perfectis, ut *népem*, *néped*, *népe*, sive imperfectis, ut *magam*, *magad*, *maga*. *Enyim*, *Tied*, *övé*. vel. 2. verbis ut *szeretem*, *szereted*, *szereti*. vel 3 particulis. ut *általam*, *általad*, *altala*. *Bennem*, *benned*, *benne*, &c.

7. Deinde affiguntur, vel tantum singularibus, vel tantum pluralibus, vel

vel pluralibus & singularibus simul. Tantum singularibus affiguntur suffixa, m, d, a, e, singularia; & nk, tk, k, Pluralia, cum a, e, o, u, ü. ut *buzam*, *buzád*, *buzaia*. *kenyére*. *buzank* *buzátok* *buszajok* *Beretetek*, &c.

8. Tantum pluralibus affiguntur suffixa eadem, cum i, ut *buzaim*, *könyveim*, *taroim*, *seregeid*, *szineid*, *marhaid*, *lopoid*, *maroink*, *malmaitok*, &c. in quibus vocalis Pluralis terminationis, aliquando eliditur, ut dicetur postea. Singularibus & Pluralibus affigitur, affixum tertiæ personæ i. de quo vide, thes. 18, 19, cap. 2. Sect. 1. l. 1.

9. Quod ad tertium quæsitum, Suffixum personę primæ sive singularis sive pluralis Numeri, assumitur à vocibus vel in Consonam, vel in vocalem desinentibus. In vocibus puris, seu in vocalem exeuntibus, nihil assumit præter nudum suffixum; ut *buzam*, *buzank*. *nened*, *nenetek*. *Bika bikaiok*, &c.

10. Quod

10. Quod si autem sit vox desinens in consonam, semper assumitur vocalis, aliqua, ante suffixum, m & n k: nimirum ante suffixum singulare, a, vel o in voce, in a impurum desinente, ut *galambom hadam:* e, communius sed & a. & o. in voce, quæ in e impurum exit. ut *kenyerem fazekam, jatekom, parejom:* e. vel o. in voce in. 1. Impurum desinente, ut *tisztem szivem csikom, zsirom:* a, vel, o, in voce, vel in o, vel in u impurum desinente. *Toll tollam, gondom: hidam, kalauzom:* ő vel e in voce ő impurum desinente ut *földem, törököm:* e in voce quæ in ü cum Consonâ exit ut *Fülem, tüzem* &c.

11. Ante suffixum plurale personæ primæ in vocibus cum consona exeuntibus. U. in iis, quæ ultimam syllabam cum a o, & u, habent affixam, ut *lábunk, lovunk, ludunk:* ü vero in iis quæ eandem ultimam, cum e, ö, & ü habent affectam ut, *Kertünk, törökünk, fülünk:* ü & u in us, quæ in i impurum desinunt. ut *Csikunk, sirunk, vizünk, szinünk.*

12. Suf-

12. Suffixum m, & n k, cum vocali i. affixum nominibus tantum in numero plurali, abjicit terminationem seu characterem pluralis numeri, nempè k: & quidem vel eam solam, in vocibus vocali desinentibus, ut *Buzain, buzaink.* pro *buzákim, buzákink:* vel una cum vocali in vocibus consonâ exeuntibus, ut *Kalmárim, kapásim.* pro *kalmárokim, kapásokim:* notat enim pluralitatem: vel consonam k tantum, relicta vocali, sed tamen mutata ut *Töreim, böreim,* ex *Török* & *börök.*

13. Suffixum personæ secundę, sive singulare, sive plurale, similiter, vel vocibus in vocalem, vel vocibus in consonam exeuntibus affigitur: In vocibus vocali finientibus, affigitur, nullâ assumtâ vocali: ut *Buzád, buzátok, keczkéd, kecskétek,* &c.

14. In vocibus autem desinentibus in Consonam, assumitur vocalis aliqua, ante suffixum, d, & tk: nimirum ante suffixum singulare d, semper vocales eædem, quæ parag. 10. ante suffixum singulare. m.

Ante

15. Ante suffixum Plurale tk, 1. quandoque nulla, ut *Tolvajtok, parejtok, legentek*, per elisionem; euphoniæ causa. 2. Quandoque aliqua, nimirum; o vel a, in vocibus desinentibus in a, o, & u, impurum, ut *Galambotok, Kolompotok, kalauzotok, lábatok, tollatok, ludatok*: e in vocibus quas e impurum claudit, ut *Kepetek, kedvetek*: ö in iis quæ ultimam syllabam cum ö affectam habent, ut *Törökötök*: ü, vel e, in iis, quæ in ü impurum exeunt. ut *Tüzetek, szürütök*, e, vel o, in iis, quæ in, i, impurum desinunt. ut *Vizetek, csikook, sirótok*.

16. Suffixum personę tertię singularis Numeri, e in vocibus impurè seu cum consonâ desinentibus, pure adjicitur ut *Kenyere, népe*, observandum tamen est fieri aliquando elisionem, vocas ultimæ, syllabæ, propter Euphoniam ut *körme, tegze*, de quibus vide Cap.4.Parag.5.Sectio.1.Lib.1. in iis verò quæ purè, hoc est, sine consona desinunt, adjecta consonante, j. ut *fecskéie, fejszeie*.

17.Suf-

17. Suffixum tertiæ personæ, a, promiscuè affigitur vocibus in Consonam & vocalem sine consona desinentibus; quandoque pure, ut *laba, hada*, &c. quandoque adjecto j. ut *haragia, harangja, bolondja*, &c. Observandum & hîc, sæpe fieri elisionem vocalis in ultimâ syllabâ auditæ, Euphonię causâ ut, *halma, malma, Szatyra*, &c.

18. Suffixum 1. singulare, affigitur tantum, talibus nominibus, quæ in consonam desinunt, ut *Rendi, szeretetj*: 2. pluralibus, sed abjecto charactere pluralis num., k, ut *könyvei, munkai* observandum verò hîc est, o ante terminationem, k existens, mutari aliquando in a, ut *Dolgai*. 3. singularibus sed sensum pluralem facientibus, ut *Panaszi, tolvaji, irási* &c.

19. Suffixum k, tertiæ personæ pluralis numeri, affigitur vocibus duplicibus, sed singularibus tantum nempè vel in Consona, vel in Vocali desinentibus: Vocibus in consonâ desinentibus, affigitur, vel solùm assumta Vocali e, ö, vel o, sine i: nimirum assumta,

ta o, in vocibus, quæ desinunt in a, o, & u, impurum; ut *labok*, *dolgok*, *ludok*: aliquando assumto j. ut *Bolondjok*, *haragjok*: assumta ö, in ys, quæ in ő, & ü, exeunt. ut *Törökök*, *tökök*. sive cum j. sive sine: e, in iis, quæ in ultima syllaba habent. e. ut *Kezek*, *Tegzek*: e vel o iis, quæ habent ibidem, i, ut *szivek tsikok*. *&c.*

20. Vocibus in vocali desinentibus, affigitur assumto semper j. ante suffixum, ok, ek, ut *marhájok*, *fecskejek*. *feiszejek*: & pluralibus addito i, immediate ante k ut *örökségeik*.

21. Affixa pro nominalia, non impediunt, quo minus nomina declinentur; atque ita finis libri primi.

LIBER

Liber Secundus

DE VERBIS.

CAPUT I.

De prioribus communibus verbi affectionibus.

HActenus primam Orationis partem vidimus, secunda est verbum. Verbum seu radix & thema vocis verbalis, est tertia singularis, præsentis indicativi, ex qua fiunt omnia tempora, omnes modi, omnes personæ, affixis solum additis, vel vocalibus mutatis. In verbo autem hoc, 1. Species. 2. Modus. 3. Persona. 4. Numerus. 5. Tempus. 6. Conjugatio. 7. Fœcunditas. 8. Divisio, spectanda & consideranda veniunt.

2. Speciem quod attinet, eam verba Hungarica habent. Quædam ergò Primitiva, ut *várok*, Quædam Derivativa, sunt, ut *Bölcselkedem*: Derivativa oriuntur vel. 1. à Nomine ut, *lábalom*, *orrolom*, vel. 2. à verbo. ut *imadkozom* verde-

verdegelem; vel. 3. à particula ut *altallom, jájgatok*. Porro derivatorum ſtupenda eſt ab una radice deducendorum fœcunditas, quorum quædam frequentationem quædam ſimplicem actionem, & paſſionem, &c. ſignificant. Sed de his infra in fœcunditate verborum, capite quarto.

3. Modos habent totidem quot latini: 1. Indicativum. ut *szeretem*. Amo. 2. Imperativum ut *szereſd*. Ama. 3. Optativum ut *Szeretnem* Amarem. 4. Conjunctivum, ut *szereſſem*. Amem. 5. Infinitivum, ut *szeretni*. Amare.

4. Perſonæ etiam hîc ſunt tres. Prima, ſecunda, tertia; ſingularis vel pluralis numeri. Perſonæ verborum in conjugando fiunt à tertiâ ſingulari indicativi præſentis affixis perſonarum additis: ut à *szeret* Amat, *szeretem, szereted, szereti*. Amo amas amat. Notandum tamen, tertiam illam ſingularem aliquando eſſe cum affixo, nec poſſe ſeparari ab affixo, ut *nyugſzik*, quieſcit.

5. Ver-

5. Verbum Singulare, perſonæ primę, ſeu prima perſona verbi ſingularis fit. 1. Vel affixo m. ut *Szeretem*, amo, *vagom*, ſeco. vel 2. affixo k. ut *nevetek* rideo. *Kotogok* pulſo, &c. Secunda ſingularis fit vel. 1. Affixo d. in verbis in *em* & *om* deſinentibus, ut *eſzed*, comedis, *huzod*, trahis, vel 2. Affixo, l, in verbis in *zom, zem, ſzom, ſzem* indefinitè tranſeuntibus. ut *hizol*, pingueſcis, *leledzel*, deprehenderis, *aluſzol*, dormis, *eſzel*, comedis, vel 3. Affixo *ſz*. in verbis in *ok*, *ek*, indefinitè tranſeuntibus, ut *tartaſz*, ſervas, *tekinteſz*, aſpicis, vel 4. Affixo s. ut *tarts, tene*. Tertia vero Singularis fit, affixo vel i, vel a, vel ja; vel e; vel ik. ut *Szereti* amat, *aluſzza*, dormit, *mondja*, dicit, *fekſzik*, cumbit, &c. 2. Nihilo addito, *tart*, tenet, *vág*, Secat, *ſzeret* amat, &c.

6. Perſona prima verbi Pluralis, Numeri fit affixo n k, vel *uk, ük*, ut *latunk*, videmus. *Lattyuk*, videmus,

 eſzük

eſſzük comedimus, &c. Secunda vero pluralis, fit affixo *toktek*. ut *aluſztok* dormitis, *eſztek*, comeditis. Tertia tandem Pluralis, fit 1. affixo, *nak*, *nek*, ut *aluſznak* dormiunt, *ſzeretnek*, amant, 2. Per contractionem ſeu eliſionem literæ, n, cum vocali ſuâ, affixo *tak*, *tek*, ut *aluttak*, dormiverunt, pro *aluttanak*, *ſzerettek*, amaverunt, pro *ſzerettenek*.

7. Quia vero hæc affixa aſſumunt ſecum vocales, quibus mediantibus, ſolent annecti verbis, diligenter notandum, quibus vocalibus, verba quarumvis perſonarum, efferenda ſint; verba ergo, e, vel ô, in ultimâ habentia, aſſumunt, e, vel ü. Sed hoc in Plurali primâ ſolùm, & exprimuntur per, e, ut *ſzeretem*, *ſzereted*, *ſzeretek*, *ſzeretétek*, *ſzeretnünk*. Verba reliqua in ultimâ ſyllabâ ſuâ, o, habentia per a, & o. vel, u; ſed hoc ſolùm in perſonâ primâ, plurali, ut *latom*, *latod*, *látánk*, *látátok*, &c. *latunk*, *lattjuk*, &c.

8. Numerus parem in modum fit per affixa perſonarum. Verbum ergo numeri ſingularis vel pluralis, cujuſvis perſo-

perſonæ, conficitur, addito affixo ſingulari vel plurali cujuſvis perſonæ, ipſi radici, ſeu tertiæ perſonę ſingulari modi indicativi; ut *Szeretem*, amo, per ſuffixum ſingulare; *Szerettyük* Amamus, per ſuffixum plurale; nimirum addendum perſonæ primæ ſingulari, m, k. Plurali, nk, k. Perſonæ ſecundæ ſingulari, d, ſz. l, s. Plurali, *tok*, *tek*, Perſonæ tertiæ ſingulari, i, a, *ja*, *ik*. Plurali *nak*, *nek*, *tak*, *tek*. ſed certis vocalibus præmiſſis, de quibus vide theſin 5. 6.

9. Tempora verborum Hungaricorum, ſunt tantum quatuor, ſed non in unoquoque modo: nempe. 1. Præſens, ut *ſzeretem* amo. 2. Præteritum imperfectum, ut *ſzeretém*, amabam, 3. Præteritum perfectum, ut. *Szerettem*, amavi. 4. Futurum ut *ſzeretendem* amavero. Quæ quatuor poſſunt revocari ad tria, Præſens nempe, Præteritum & Futurum; ſecundum tres veras temporis differentias. Perfectum enim & imperfectum non differunt ſpecie quia utrumque perfectum eſt.

quamvis unum magis alterum minus: ſed nec gradus variat ſpeciem. Interim facilioris & evidentioris ordinis cauſa, diſpeſcere, & in quatuor illa immediatè dividere libuit.

10. Futurum tempus tantummodo conjunctivus modus habet, reliquorum nullus. Indicativus tria priora. Præſens, Imperfectum & Perfectum. Imperativus Præſens ſolum, Optativus Præſens ſolum. Subjunctivus Præſens & Futurum; Infinitivus Præſens ſolum. Ita ergo tota conjugatio per octo folum tempora formanda flectenda & deducenda eſt.

11. Tempus Præteritum pluſquamperfectum, quorundam modorum; quia non habemus, per verbum ſubſtantivum & aliquod tempus circum loquendo exprimimus. Præteritum pluſquam perfectum indicativi exprimitur, per præteritum perfectum modi ejuſdem indicativi, addito ipſi verbo ſubſtantivo *vala*, erat;

erat; ut *ſzeretem vala*, Amaveram. Plusquamperfectum optativi, exprimitur per idem perfectum indicativi, addito ipſi verbo ſubſtantivo *volna*, eſſet, ut *Szerettem volna*, Amaviſſem. Plusquam perfectum Subjunctivi, exprimitur per idem perfectum indicativi, addito duplici tempore verbi Subſtantivi, *volt*, *volna*, ut *ſzerettem volt volna*. Amaviſſem: Sunt & alia, ſi ita dici debeant tempora; quæ per *legyen* ſit, *lett* |*legyen*. exprimuntur: Sed illa dicuntur tantùm.

12. Tempus vero Futurum, quandoquidem ſolummodo in Conjunctivo, & non etiam in reliquis modis habemus: per præſens uniuſcujuſque modi, ſine ullo addito in unoquoque modo, exprimimus. Præſens ergo indicativi, pro præſenti & futuro indicativi: Præſens Imperativi, pro præſenti & futuro imperativi. Præſens infinitivi, pro præſenti & futuro optativi. Præſens Infinitivi, pro præſenti & futuro infinitivi, accipien-

dum, pro ratione rei, & ponendum est, ut *szeretem*, amo, amabo. *Szeresd* ama, amato, *szeretnem*, amarem, amem, &c.

13. Occasione verò temporum observetur quid & de Participiis in hac linguâ statuendum sit: Participia ergo si quæ essent, ut *szeretõ* amans. *Szeretendõ*, amaturus, *szerettetet*, amatus, *szerettetendõ* amandus: ad nomina relegamus, quippe quibus addi potest particula *az*, etiam materialiter non positis. Notandum & hoc Participium præsens & futurum activa, vi thesis præcedentis, posse uno nomine per *szeretõ* efferri: non enim includit tempus præsens, exclusivè ad futurum sed potest nunc *szeretõ* & cras *szeretõ*. Sic & futurum optimè & activum & passivum significare poterit, & significat.

14. Genus vero & Figura in verbis non habetur. Sed quantum ad illud, idem fit quod in nomine; nullum nimirum generis vestigium ratio nulla. Quantum ad hoc vero: Sunt verba cum

cum præpositionibus posita, ut *föl költöm: meg latom*: & non composita: Quod enim diversas dictiones constituant, & non in unam, ut fit in compositione, *coalescánt*, hinc patet. Quia particula compositionem, si faceret, factura, nonnunquam præponitur, nonnunquam postponitur verbo, ut *fel költöm költs fel, Meg latom, las sak meg, lassa meg*, &c.

Caput II.

De Conjugatione Verborum.

1. Quinque priores verborum affectiones communes, Speciem, Modum, Personam, Numerum & Tempus vidimus. Sextam ut consideremus nempe Conjugationem, ordo postulat. In Conjugatione. 1. Modum. 2. Paradigmata. 3. Divisionem. 4. Characteres, quos typus conjugationum omnium excipiet. 5. Observationes trademus.

2. Modum conjugandi, quod attinet, Conjugantur verba ut in aliis lin-

guis, ab indicativo in reliquos modos; à præsente in reliqua tempora; à personâ primâ in secundam; è secundâ in tertiam, ex singulari in pluralem, ut patebit in Paradigmatibus. Atque hoc nostræ linguæ, cum linguis pluribus est commune.

3. Deinde, in modo conjugandi verba Hungarica, conjugatio per tempora. 1. fit per affixa pronominalia, ut *verem*, *vered*, *veri*, verbero, verberas, verberat, *verjük*, verberamus, *veritek*, verberatis, *verik*, verberant, unaquæque vox fit per suffixa, 2. Fit per solam vocalium mutationem, ut præsens indicativi *verem*, per e obscurum in ultimâ, verbero: præteritum imperfectum ejusdem, *verem* per e clarum in ultimâ, verberabam &c. 3. Fit per Epenthesin vel vocalis solius *a*, vel *e*, vel syllabæ alicujus integræ. *je*, *te*, *ja*, vel syllabarum, *otta*, *etted*, in verbi nimirum conjugationis quintæ & sextæ, ut *várlak*, expecto, *várálak*, expectabrm, *vártalak*, expectavi & *kérlek* rogo, *kérélek*, rogobam, *kértelek*, rogavi,

gavi, *kérjelek*, rogem, &c.

4. Observandum est autem. 1. Quod syllaba, vel syllabæ, vel vocalis, sint ante syllabam, *lak*, *lek*, post consonam præcedentem, ponendæ, e. g. in verbo *várlak*, expecto, inter r, & l. ut *várálak*, *vártalak*, *várjalak*, & in verbo *foszlak* inter t, & l. ut *foszlalak*, *foszlottalak*, &c. 2. Observandum, si quando vocalis sola interponenda est, debere claram esse; nimirum á, vel é, clarum ut *várálak*, *kérélek* &c. Atque hæc ipsi cum lingua Hebraica, & ejus filiabus, sunt communia, & non etiam cum reliquis linguis.

5. Paradigmata quod attinet, ea ponimus novem, octo regularium, unum irregulare, Paradigma primæ conjugationis est, *tanulom*, ad quod referenda omnia verba, o, in ultimâ habentia & secundam singularem, per suffixum d, formantia. Paradigma secundæ conjugationis est *gondolkodom*, ad quod referenda omnia verba o, in ultimâ habentia, & secundam singularem per suffixum l, cum o, e, g, *ol*, formantia.

6. Paradigma tertiæ conjugationis eſt *ſzeretem*, ad quod referenda omnia verba, e, vel ő, in ultima habentia, & ſecundam ſingularem per ſuffixum, *ed* formantia. Paradigma quartę conjugationis eſt *eſem*, ad quod referenda omnia verba e, vel ő in ultimâ habentia, & ſecundam ſingularem perſuffixum *el*, formantia.

7. Paradigma quintę conjugationis eſt *Kerlek*, ad quod referenda omnia verba in, *lek* præcedente conſonâ aliquâ deſinentia, ut *verlek*, *merlek*, *veſtlek*. Paradigma Sextę conjugationis eſt. *Várlak*, ad quod referenda omnia verba in, *lak*. Præcedente conſonâ aliquâ deſinentia ut *Látlak*, *váglak*, *haraplak*.

8. Paradigma ſeptimæ conjugationis eſt *járok*, ad quod referenda omnia verba in *ok* deſinentia, ut *tanulok*, *vandorlok* &c. Paradigma octavæ conjugationis eſt *Kérek* ad quod referenda ſunt omnia verba in *ek* deſinentia, ſimplici conſona præcedente, ut *véſzek*, *téſzek*, *kelek*.

Para-

Paradigma vero ſingulare, quod propriam habet conjugandi formam, eſt *vagyok*, & quamvis habeat quantum ad terminationem convenientiâ cum ſeptimâ conjugatione, ad eam tamen ferri nequit. Typum harum conjugationum Deo volente infra exhibebimus.

10. Ex octo illis paradigmatibus octo etiam libet ponere conjugationes regulares; quamvis non dubitemus eaſdem, octo poſſe ad quatuor paria reduci, ita ut primum par, ſit verborum in *om*: quorum ſecunda ſingularis vel per d, vel per l, formatur. Secundum par verborum in *em*: quæ rurſum in d vel l. Secundam eandem formant: Tertium par eorum quæ in *lek*, *lak*, præcedente conſona deſinunt. Quartum eorum quæ in k, ſive cum e, ſive cum o exeunt. Sed nobis libuit octo conjugandi formulas ponere, quàm quatuor duplices: facilitatis ac perſpicuitatis majoris cauſa. Interim ſi quis mavelit non eum limis ſpectabimus.

11. Divisionem quod ut & paradigmata ostendunt, placet conjugationem in consequentem seu regularem, & in consequentem seu irregularem dispescere. Regularem illam dicimus, quæ secundùm aliquod octo illorum paradigmatum per omnes modos & tempora potest deduci, ut *verem, aluszom*. Irregularem ex adverso illam vocamus, quæ secundum nullum octo illorum paradigmatum potest, per tempora & modos deduci, ut est *vagyok*, sum: & si quæ alia.

12. Characteres conjugationum, quod ad quævis tempora: hoc est, ut verbum in quocunque tempore, quacunque personâ, & numero positum cognoscatur, ad hanc vel illam conjugationem pertinere non habemus. Habemus characteres indicantes, quod verbum secundum quod paradigma debeat conjugari, sed in solis indicativis positos.

13. Character primæ conjugationis est suffixum d, cum o, in personâ secundâ singulari: Secundę est suffixum

xum l, cum o. in secundâ eadem, Tertiæ est suffixum idem d, cum e. Quartæ est suffixum l. cum e in personâ eadem. Quintæ est terminatio *lek*, præcedente consonâ: Sextæ est terminatio *lak*, præcedente consonâ. Septimæ est terminatio *ok*, unam tantum habens ante se consonam. Octavę est terminatio *ek*, similem in modum unam tantum habens ante se consonantem; Typum conjugationum jam subjiciemus omnium & regularium & irregularium, qui hoc modo se habet ut sequitur.

1. *Tanulom*, DISCO.

Præsens Indicat.

	1.	2.	3.
Sing.	om,	ad,	ja.
Plura,	juk,	játok,	jak,

Præterito, Imperfect. Indicat.

S.	ám,	ád,	á.
P.	ánk,	átok,	ák.

Præterit. Perfecto Indicat.

S.	tam,	tad,	ta.
P.	tuk,	tok,	tak.

Præ-

Præsens Imperat.
S. Caret, d, ja.
P. juk, játok, ják.
Præsens Optat.
S. nam, nád, ná.
P. nánck, nátok, nák.
Præsens Subjunct.
S. jam, jad, ja.
P. juk, játok, ják.
Futurum Subjunctivum.
S. ándom, ándod, ándja.
P. ándjuk, ándjatok, ándjak.
Præsens Infinit.
S. nom, nod, ni v nia.
P. nunk, notok. ni, v, niok.

2. *Gondolkodom* C O G I T O.
Præsens Indicativi,
1. 2. 3,
S. om, ol, ik.
P. unk, tok, nak,
Præterit. Imperfect. Indicat.
S. ám, al, ék.
P. ánk, átok, ának,
Præterit. Perfect. Indicat.
S. tam. tál. ott,
P. tunck, totok. tanak.
Præsens Imperat.
S. cat, jál, jék.
P. junk, játok. jank.

Præ-

Præsens Optativi.
S. nám, nál, nek.
P. nánk, nátok, nának.
Præsens Subjunctivo,
S. jam, jal, jék,
P. junk, jatok, janak.
Futurum Subjunct.
S. ándom, ándaſz, ánd.
P. ándunk, àndatok, ándanak.
Præsens Infinitivi.
S. nom, nod, ni, v. nia.
P. nunk, notok, ni v. niok.

3. *Szeretem,* A M O.
Præsens Indicativi.
1. 2. 3.
S. em, ed, i.
P. jük, itek, ik.
Præterit. Imperfect. Indicat.
S. ém, éd, é.
P. énk, étek, ék.
Præterit. Perfect. Indicat.
S. tem, ted, te.
P. tük, tétek, ték.
Præsens Imperat.
S. car, eſsd. v. ſded. se.
P. ſük, ſétek, ſék
Præsens Optat.
S. ném, néd, né.
P. nénk, nétek, nék.

Præsens

Præsens Subjunct.

S. sem, sed, se.
P. sük, sétek, sék.

Futurum Subjunct.

S. éndem, énded, éndi.
P. éndjük, énditek, éndik.

Præsens Infinit.

S. nem, ned, ni, v. nie.
P. nünk, netek, ni, v. niek.

4. *Essem*, CADO,

Præsens Indicativi.

1. 2. 3.
Sing. ém, el, ik.
Plur. ünk, tek, nek.

Præteritum Imperfect. Indicat.

S. ém, él, ék.
P. énk, étek, ének.

Præteritum Perfectum Indicat.

S. tem, tél, ett.
P. túnk, tetek, tenek.

Præsens Imperat.

S. car, sét, sék.
P. sünk, setek, senet.

Præsens Optat.

S. ném, nél, nék.
P. nénk, nétek, nének.

Præsens Subjunctivi.

S. sem, sél, sék.
P. sünk, setek, senek.

Futurum

Futurum Subjunctivi.

S. endém, éndesz, énd.
P. éndünk, éndétek, éndenek.

Præsens Infinitivi:

S. nem, ned, ni. v. nié.
P. nünk, netek, ni v. niek.

5. *Kérlek.* ROGO TE.

Præsens Indicativi,

1. 2. 3.
Sing. Lek, sz, kér.
Plur. unk, tek, nek.

Præteritum Imperfecti Indicat.

S. élek, él, e,
P. énk, étek, ének.

Præteritum Perfectum Indicativo.

S. telek, él, t.
P. tünk, tetek, tenek.

Præsens Imperativi.

S. car, j, jen.
P. jünk, jetek, jenek.

Præsens Optativi.

S. nék, nél, ne.
P. nénk, nétek, nének.

Præsens Subjunctivi.

S. jelek, j, jen.
P. jünk, jetek, jenek.

Futurum Subjunctivi.

S. endek, endesz, énd.
P. éndünk, endetek, éndenek.

Præsens

Præsens Infinitivi.

S. nem, ned, ni, v. nie.
P. nünk. netek, in v. niek.

6. *Várlak* EXPECTO TE.

Præsens Indicativi.

1. 2. 3.
S. lak, sz. vár,
P. unk, tok, nak,

Præteritum Imperfect. Indicat.

S. álak, ál, a.
P. ánk, átok, ának.

Præteritum Perfect. Indicat.

S. talak, ál, t.
P. tunk, tatok, tanak.

Præsens Imperat.

S. car. j. jon.
P. junk, jatok, janak.

Præsens Optativ.

S. nálak, nál, na.
P. nánk, nátok, nának.

Præsens Subjunct.

S. jalak, j, jon.
P. junk, jatok, janak.

Futurum Subjunct.

S. ándlak, ándasz, ánd.
P. ándunk, andotok, ándanak.

Præsens Infinitivi.

S. nom, nod, ni, v. nia.
P. nunck, notok, ni, vel niok.

7. Ja-

7. *Jarok*, AMBULO.

Præsens Indicativi.

1. 2. 3.
S. ok, sz. jár.
P. unk, tok, nak.

Præteritum Imperfect. Indicat.

S. ék, al, a.
F. ánk, átok, ának.

Præteritum Perfect. Indicat.

S. tam, tal, t. v. tt.
P. tunk. tatok, tanak.

Præsens Imperat.

S. car, j, jon.
P. junk, jatok, jának.

Præsens Optativi.

S. nék, nál, na.
P. nánk, nátok, nának.

Præsens Subjunctivo.

S. jak, j. jon.
P. nunk, jatok, janak.

Futurum subjunct.

S. ándok, ándasz, ánd.
P. ándunk, andotok, ándanak.

Præsens Infinitivi.

S. nem, nod, ni. v. nia,
P. nunk, natok, ni, v. niok.

7. *Kerek* PECO.

Præsens Indicat.

1. 2. 3.
S. ek, sz, kér.
P. ünk, tek, nek.

Præ

Præterit. Imperfect. Indicat.
S. ek, él, e.
P. énk, étek, ének.
Præterit. Perfect. Indicat.
S. tem, tél, t, v. ett.
P. tünk, tetek, tenek.
Præsens Imperat.
S. car, i, jen,
P. jünk, jetek, jenek.
Præsens Optativi.
S. nék, nél, ne.
P. nénk, nétek, nének.
Præsens Subjunctivi.
S. jek, j, jen.
P. jünk, jetek, jenek.
Futurum Subjunct.
S. éndek, éndesz, end.
P. éndünk, éndetek, éndenek.
Præsens Infinitivi.
S. nem, ned, ni, v. nie.
P. nünk, netek, ni. v. niek.

Vagyok, SUM.

Præsens Indicat.
1. 2. 3.
S. vagyok, vagy, vagyon.
P. unk, tok, nak.
Præteritum Imperfect. Indicat.
S. valék, valál, vala.
P. valánk, valátok, valának.

Præ-

Præteritum Perfect. Indicat.
S. Voltam, voltal, volt.
P. Voltunk voltatok, voltanak.

Reliquos modos non habet, sed communiter pro temporibus reliquorum modorum assumuntur tempora modorum imperativi, optativi, subjunctivi & infininitivi: verbi *leszek*, fio. quod secundum octavam conjugationem conjugandum est.

14. Atque hæc sunt paradigmata, novem, octo regularium, ad quæ referenda omnia in universum, verba: & unm illud irregularis verbi *vagyok*; & hic typus omnium conjugationum: jam ad observationes, & notas transeundum nobis est.

CAPUT III.

De Observationibus, in conjugatione Verborum notandis.

1 VIdimus, visis quinq; prioribus verborũ affectionibus, & conjugationem, eaq; ex parte quę in cõjugatione sub consideratione venire debebant, restant observationes. Observationes istę, possent quidem distingui, in generales & speciales. Sed ista methodo non curatâ,

curatâ, obſervationes ſi quas invenie-
mus, ordine proponemus.

2. Primò, quòd obſervandum eſt, eſt circa gerundium. Gerundium (quod conjugatione verborum inſerere, eò quòd, ubique ſit idem formandi gerundium modus, noluimus) unum tantum habetur in verbis Hungaricis, ſed regularibus ſolum, quod 1. eſt in *do*. 2. nec perſonas. 3. nec numeros habet. Verùm unicuique perſonæ, ſive ſingulari ſive plurali rectè poteſt apponi ut, *én te*, ô *mi ti ők lévén*. 4. In omnibus conjugationibus, fit per terminationem *ván*, *vén*, additam priori verbi regularis parti, ei nimirum, quæ quibusvis affixis, in formatione temporum & perſonarum præmitti ſolet, ut *tanulván*, diſcendo, *eſvén*, cadendo, *gondolkódván*, cogitando, &c.

3. Secundò, quod obſervandum eſt, eſt circa convenientiã temporum, ergo notanda eſt temporum unius conjugationis cum temporibus alterius vel etiam ejuſdem cõvenientia, Conjugationes enim 2. 6. 7. Item 4. 5. 8. inter ſe: ſecun-

ſecundum omnes perſonas pluralis numeri, omnium modorum, omnium temporum, conveniunt, ut videre eſt in typo conjugationum. Unicè hoc aliqualem, ſed vix alicujus momenti, facit diverſitatem, quod in quartâ loco. j. habetur ſ. euphoniæ nimirum cauſâ.

4. Deinde præſens infinitivi, in primâ, ſecundâ, ſextâ, ſeptima: Item in tertia, quarta, quinta, octava, ſecundùm omnes perſonas utriuſque numeri, convenit, ut in eodem conjugationum typo, videre eſt.

5. Præſens imperativi & Subjunctivi, excepta prima perſona ſubjunctivi, quà imperativus caret, in omnibus perſonis, tam ſingularibus quam pluralibus, in omnibus octo conjugationibus convenit; Noli tamen intellige præſens imperativi conjugationis primæ, cum ſubjunctivo conjugationis tertiæ vel quartæ, convenire. Hoc non eſt. Et imperativus itaque & ſubjunctivus debent in eadem conjugatione ſpectare; quo modo convenientiam

tiam istam, in omni conjugatione videre est.

6. Tertiò, quod observandum est, est circa mutationem literarum, in conjugationibus: Ergo. 1. tenendum est literam *sz.* in verbis quorum ultimam syllabam constituit ut in *szom, szem, szek*, nonnunquam in v. nonnunquam in n. nonnunquam in t. nonnunquam in d. mutari, nimirum in similem literæ sequenti, literam, & quidem propter solam euphoniam, quod fit & in Latina ac Arabica quoque lingua.

7. In imperfecto indicativi & futuro Subjunctivi mutatur in v. ut *aluszom, aluvám, aluvandom*, non *aluszám, aluszandom, eszem, evém, elvéndem*, non *eszém, eszéndem.* In præsenti optativi & infinitivi mutatur in, n. ut *aluszom, alunnám, alunnon*, non *alusznám, aluszнom, eszem, enném, ennem*, non *eszném, esznem.* In perfecto indicativi mutatur in t. ut *aluttam, ettem*, non *aluztam, eztem*, In Imperativo & Subjunctivo præsenti mutatur in d. ut *aludd, edd, alud*

KÖNYV-TÁRA

aludjam, edjem, non *aluszd, eszö, aluszjam, eszjem.*

8. Tenendum. 2. In verbis ante terminationem seu vocalem, ultimam syllabam constituentem, duas consonantes habentibus, ut *Festem, tartom, ugrom, koborlok* &c. totam personam primã indicativi manere; & solum, literam finalem mutari in t, dum præteritum perfectum formandum est ut *tartom, tartottam, festem, festettem*, &c. in litteram nimirum sequenti similem, idq; propter eandem, quam thesi sextâ aperuimus, rationem, nimirum euphoniam.

9. Secus fit in verbis ante ultimam vocalem, duas consonantes non habentibus, ut *tanulom, esem*, &c. in his enim abjectâ vocali, ultimâ, cum suâ consonante; terminatio præteriti perfecti formativa, nudè assumitur & litra nulla mutatur, ut *tanultam, estem*, ablata est *om* & *em.*

3. Tenendum 3. quod in verbis ultimam syllabam cum simplici t, habentibus, seu in *tem, tom, tek, tok.*

nulla præcedente consonâ desinentibus, t. illud mutatur, in s, in imperativo, & Subjunctivo præsenti, ante suffixa, seu syllabas terminantes ut *szeretetem*, *szeresed*, vel *szeresd*, non *szeretsed* vel *szeretsd*, *vagatom*, *vagassad*, *vagassam*, non *vagatsad*, *vagatsam*, in iis vero quæ t. cum consona præcedente habent, manet, ut *tartom*, quia ante *tom* habetur, r, dicimus *tartsad*, *tartsam*, *rantom*, *rantsad*, *rantsam*, nisi elidatur aliquando, majoris in pronunciando facilitatis, causâ, ut *festem* dicimus *fessed*, *fesem*, non *festsed*, *festsem*.

11. Quartò, quod observandum est, est circa literã, suffixis seu terminationibus temporum imperativi & subjunctivi præmittendam: Cum enim constet liquidò, in dictis temporibus, non semper literam, j, sed aliquando s. aliquando z. addendum esse suffixę terminationi, sciendum, qua cum literâ suffixæ terminationes apponendæ sint.

12. Tres sunt literæ in universum in istis temporibus ante suffixas terminationes ponendæ, j. s. & z. z. Ponendum in unius generis: s. in duorum generum; j. in omnis generis, verbis, communiter. Igitur post z ponendum z. & quidem semper & solum, ut *nezem*, *nezed*, *nezzem*, non *nezjem*, vel *nezsem*. Post s, & t, ponendũ s. ut *Esem*, *essel*, non *esjel*, &c. *Vetem*, *vessem*, non *vesiem*, &c. Post b, d, f, g, k, l, m, n, p, r, v. ponendum est semper j ut *lábbjak*, *mondjad*, *dõfjem*, *dugjam*, *gyukjam*, *toljam*, *nyomjam*, *banjam*, *lopjam*, *verjem*, *lõvjem*, non *labbsak*, *mondsad*, *dõfsed*.

13. Quartò, quod observandum est, est circa prosthesin syllabæ, ja, je. tenendum enim tertiis personis optativorum, tam singularibus quam pluralibus, addi aliquando, syllabam ja, je, ut *hinneje*, pro *hinné*, *mutatnaja* pro *mutatná*, *mondanajak*, pro *mondanak*, *hinnejek*, pro *hinnék*. Addi autem ja, quidem in verbis, o, in ultimâ habentibus, je, vero in verbis per e, ultimam syllabam formantibus.

14. Quintò, & ultimò, quod observandum est, est circa elisionem vocalis

calis seu Syncopam. Nonnunquam enim aut compendii in pronunciando aut euphoniæ solum causâ vocalis aliqua eliditur & ejicitur, ut, *haragszom* pro *haragussom*, &c. quæ usus docebit.

CAPUT IV.

De stupendâ verbi Hungarici fœcunditate.

1. VErborum Ungaricorũ etiam ejusdem radicis, tanta est fœcunditas, ut summa admiratione digna videatur: Lingua Hebraica, ejusdem verbi habet septem, aut ut quibusdam placet, octo formas nimirum kal, Niphál, Pihel, Pyhal, Hiphil, Hophal, Hithpahel, & juxta quosdam Pohel, quam tamen nos in nostra Scholâ Hebraicâ rejecimus; lingua verò Ungarica plures quàm, non septies sed decies septem *si* diversę formæ ejusdem verbi dicendę sint: Quæ quidem verborum fœcunditas, ut & clarè pateat, & dicendis lucem adferat: omnes quas exinvenire potuimus verbi unius *verek* formas, ordine proponemus.

2. Ex tertia ergo singulari præsentis indica

indicativi verbi *verek* nempe *ver*, verberat, sunt sequentia.

1. *Verek*, verbero aliquid.
2. *Verhetek*, possum verberare aliquid.
3. *Verem*, verbero hoc vel illud.
4. *Verhetẽ*, possũ verbera hoc v. illud.
5. *Verlek*, verbero te.
6. *Verhetlek*, possum verberare te.
7. *Veretem*, facio hunc vel illum verberare hoc vel illud.
8. *Verethetem*, possum facere hunc vel illum verberare hoc vel illud.
9. *Veretek*, facio aliquẽ verberare aliquid.
10. *Verethetek*, possum facere aliquem, verberare aliquid.
11. *Veretlek*, facio verberare te, ut verberes.
12. *Verethetlek*, possũ facere ut verberes.
13. *Veretem* vel *verettetem*, verberor.
14. *Verethetem* v. *verettethetem*, possum verberari.
15. *Veretem* vel *verettetem*, facio verberari hoc vel illud.

Verethetem vel *verethettetem*, possum facere ut verberetur hoc vel illud.

17. *Veretek*, vel *verettetek*, facio verberari aliquid.

18. *Verethetek*, v. *verettethetek*, possum facere ut verberetur aliquid.

19. *Veretlek* v. *vertetetlek*, facio ut verbereris tu.

20. *Verethetlek* v. *verettethetlek* possum facere ut verbereris.

21. *Verödôm*, verberor sine verberante externo.

22. *Verödhetem*, possum verberari apud me sine verberante externo.

23. *Verödtetem*, ab aliquo ut verberer, apud me sine verberante externo.

24. *Verödtethetem*, possum causari ab aliquo, ut verberer apud me sine verberante externo.

25. *Verödtetem*, causo hoc vel illud verberari, sine verberante externo.

26. *Verödtethetem*, possũ causare hoc v. illud verberari, sine verberãte externo.

27. *Verödtetek*, Causo aliquid verberari sine verberante externo.

28. *Verödtethetek*, possum causare aliquid, verberari sine verberãte externo.

29. *Verödtetlek*, causo te ut verbereris sine verberante externo.

30. *Verödtethetlek*, possum causare, ut

29. *Verőd-*

tu verbereris sint verberante externo.

31. *Verekedem*, promiscue verberando ago in hæc & illa.

32. *Verekedhetem*, possum verberando agere promiscuè, in hæc & illa.

33. *Verekedtetem*, facio hunc v. illum verberando agere in hæc & illa promiscuè.

34. *Verekedtethetem*, possum facere hunc & illum verberando agere, in hæc & illa promiscuè.

35. *Verekedtetek*, facio aliquem verberando agere in hæc & illa promiscuè.

36. *Verekedtethetek*, possum facere aliquem verberando agere in hæc & illa promiscue.

37. *Verekedtetlek*, facio ut tu verberando agas in hæc & illa promiscue.

38. *Verekedtethetlek*, posum facere ut tu verberando agas in hęc vel illa promiscue.

39. *Verdegelem*, paulatim verbero hoc vel illud.

40. *Verdegelem*, paulatim verbero hoc vel illud.

41. *Verdegetek*, paulatim verbero aliquid.

42. *Verdegelhetek*, possum aliquid paulatim verberare.

43. *Verdegellek*, paulatim verbero te.

44. *Verdegelhetlek*, possum paulatim verberare te.

45. *Verdegeltettetem*, vel *verdegeltetem*, paulatim verberari.

46. *Verdegeltethetem*, possum paulatim verberari.

47. *Verdegeltettem*, facio ut hic vel ille palatim verberet hoc vel illud.

48. *Verdegeltethetem*, possum facere ut hic vel ille paulatim verberet hoc vel illud.

49. *Verdegeltetek*, facio ut aliquis verberet paulatim aliquid.

50. *Verdegeltethetek*, possum facere ut aliquis paulatim verberet aliquid.

51. *Verdegeltetlek*, facio ut paulatim verberes.

52. *Verdegeltethetlek*, possum facere ut paulatim verberes.

53. *Verdegeltetem*, facio ut paulatim verberetur hoc vel illud.

54. *Verdegeltethetlem*, possum facere ut paulatim verbaretur hoc vel illud.

55. *Verdegeltetek*, facio ut paulatim verberetur aliquid.

56. *Verdegeltethetek*, possum facere ut paulatim verberetur aliquid.

57. *Verdegeltetlek*, facio ut paulatim verberis tu.

58. *Verdegeltethetlek*, possum facere ut paulatim verbereris tu.

59. *Veretõdõm*, fio verberatus.

60. *Veretõdhetem*, possum fieri verberatus.

61. *Verekeddegelek*, paulatim ago verberando in hæc & illa promiscuè.

62. *Verekeddegelhetek*, possum paulatim agere verberando in hæc & illa promiscuè.

63. *Verdegelõdõm*, fio paulatim verberatus.

64. *Verdegelõdhetem*, possum fieri paulatim verberatus.

65. *Vergelõdõm*, verberando jacto me.

66. *Vergelõdhetem*, possum verberando jactare me.

67. *Vergelõdtetem*, facio ut verberando jacet se hoc vel illud.

68. *Vergelõdtethetem*, possum facere ut

verberando jactet se hoc vel illud.

69. *Vergelõdtetek*, Facio ut verberando jactet se aliquid.

70. *Vergelõdtethetek* possum facere ut verberando jactet se aliquid.

71. *Vergelõdtetlek*, facio ut tu verberando jactes te ipsum.

72. *Vergelõdtethelek*, possum facere ut tu verberando jactes te ipsum.

73. *Vergelõddõgelek*, paulatim verberando jactione ipsum.

74. *Vergelõddõgelhetek*, possum paulatim verberando jactare meipsum.

75. *Vergelõddõgeltetem*, facio ut paulatim verberando jactet se hoc vel illud.

76. *Vergelõddõgeltethetem*, possum facere, ut paulatim verberando jactet seipsum hoc v. illud.

77. *Vergelõddõgeltetek*, facio ut paulatim verberando jactet se aliquid.

78. *Vergelõddõgeltethetek*, possum facere, ut paulatim verberando, se ipsum, jactet aliquid.

79. *Vergelõddõgeltetlek*, facio ut tu verberando jactes te ipsum.

80. *Vergelõddõgeltethetlek*, possum facere

cere, ut tu verberando jactes te ipsum.

Et si qua alia.

3. Circa hæc autem observandum. 1. non quævis verba tot formas seu species diversas admittere, sed quædam solummodo: quædam autem in multis deficere. 2. hæc omnia ad octo istas conjugationes, quas supra posuimus posse referri; & revera reduci.

4. Observandum 3. non quævis horum esse usitata, & in communi colloquio exercita sed aliqua solum, reliqua autem, quamvis non sint in usu, sunt tamẽ voces revera Hungaricę, per tempora & modos secundùm omnes personas, cõjugabiles, quas ut tã curiosè expiscaremur; necessitas postulavit.

5. Observandum. 4. potuisse hæc & ad caput primùm occasione theseos secundę, in quâ de specie, referri, sed quia caput nimium dilatasset, huic loco reservavimus. Jam de Divisionibus verborum.

CAPUT V.

De Divisionibus Verborum.

1. DIvisionem verborum, ultimò

quod attinet, eam triplicem damus, primam à significatione, secundam à subjecto, tertiam à qualitate sumtam.

2. Verba à significatione sunt octuplicia, primò enim quædam significant actualem actionem, ut *verek*, *verem*, *verdegelem*, *verdegelek*, *verlek*, *verdegellek* &c. 2. quædam significant actualem passionem, ut *verettetem*, *verdegeltetem*.

3. Quædam 3. significant potentiam agendi, ut *verhetem*, *verhetek*, *verhetlek*; 4. Quædam potentiam patiendi, ut *verettethetem*, *verdegeltethetem*, quædam 5. Procurationem actionis, *veretem*, *veretek*; quædam 6. Procurationem passionis, ut *verettetem*, *verdegeltetem*; 7. Potentiam procurandi actionem, ut *verethetem*, *verethetek*, *verethetlek*, 8. Potentiam procurandi passionem, ut, *verettethetem*, *verettethetlek*, *verettethetek*, &c. Atque hæc est prima verborum divisio.

4. Verba à subjecto sunt quadruplicia omnia enim in universum vel 1. transeunt in

eunt in subjectum indefinitũ, incertũ, quod voce aliquid, indigitamus, ut sunt nonnulla desinentia in, om, conjugationis secundæ in, *em*, quartæ, &, ok, ek: vel secundò transeunt in subjectum definitum, & certum, quod voce hoc vel illud significamus, ut sunt desinentia in, *om* conjugationis primæ, &, em, conjugationis tertiæ.

5. Vel tertiò transeunt in subjectum singulare, quod voce Tu, vel Te notamus, ut sunt ea, quæ in lak, lek, desinunt, & ad conjugationem quintam & sextam pertinent: vel 4. & ultimò transeunt in nullum, verum sunt velut absoluta latinorum aut reciproca, ut sunt verba in, *ok ek* desinentia, & ad conjugationem septimam & octavam pertinentia, item quædam ex verbis conjugationis secundæ & quartæ.

6. Præter verba non transeuntia, etenim, transeuntium subjectum aut est definitum aut indefinitum: indefinitum aliquid: definitum est vel

vel ſpecificum, nempe hoc vel illud, vel individuificum; quod rurſum eſt vel aliud ſeu alienum, nimirum, te vel non alienum ſeu non aliud, quod eſt ipſum. Atque hinc & verba diximus eſſe quadruplicia quamvis, & ſecus dividere poteramus, nimirum primò in abſoluta & tranſitiva; & poſtea hæc, ita ut ſubjectum, in quod verba tranſeunt: jam diviſimus.

7. Porro hæc non tantum uni verborum generi, vel verbis in genere, ſed quadruplicibus competere poteſt; primò verbis actionem actualem. 2. Potentiam agendi. 3. Procurationem actionis. 4. Potentiam procurandi actionem, ſignificantibus, excepto tamen quarto diviſionis membro.

8. Ita igitur verba actionem actualem, potentiam agendi procurationem actionis, potentiam procurandi actionem ſignificantia tranſeunt vel, 1, in objectum indefinitum, nempe aliquid ut deſinentia in ok, ek, & em, om quædam; vel 2. in objectum difinitum, nempe hoc vel illud, ut deſinentia in, om, em, quædam; vel 3. in objectum individuificum, nempe, te, ut deſinentia in lak, lek præcedente conſona. Atque hactenus de ſecunda verborum diviſione.

9. Verba à qualitate ſunt Primo. Duplicia nimirum vel Regularia, quæ ſecundum aliquod octo paradigmatum priorum, poſſunt deduci, vel Irregularia ſeu potius irregulare, quod eſt *vagyok*. Sum.

10. Deinde à qualitate, verba ſunt vel perfecta vel defectiva. Perfecta, quę nullis temporibus nulliſque modis deficiunt, defectiva ſunt quæ certis temporibus certiſq; modis deficiunt, quale eſt *vagyok*, & ſi quæ alia ſint. Atque hæc de verbo.

LIBER TERTIUS
DE PARTICULIS.
CAPUT I.
De Particulis adverbialibus & earum naturâ.

1. DUas priores orationis Hungaricæ cõſtitutivas partes, paucis vidi-

vidimus. Tertia complectitur particulas. Particulæ ſunt dictiones; voces uti vocant, indeclinabiles ſignificantes, ſeu ſunt voculæ indeclinabiles, ut *mert*, *vagy*, *Hogy*.

2. Particulæ ſunt duplices vel 1. Significantes tantum; quæ nimirum ſemper integram per ſe dictionem conſtituunt, etiamſi aliis non jungantur ut *Mert*. Quia, *miképpen*. Quomodo vel 2. conſignificantes, quæ nimirum quandoque per ſe quidem poſitæ, integram ditionem conſtituunt, quandoque non niſi junctæ aliis, ut *hoz* ad *nal*, *nél*, *hez*, & hæ tantummodo affigi ſolet, ut *királyhoz*, ad Regem *Embernél*, apud hominem.

3. Particulæ ſignificantes ſunt quadruplices. 1. Adverbiales. 2. Conjunctionales. 3. Præpoſitionales. 4. Interjectionales. Adverbiales quidem & Interjectionales omnes, conjunctionales exceptâ unâ *is*, quoque que, quæ ex conjunctione copulativâ *és*, nata eſt. Præpoſitiones pleræque.

4. Par-

4. Particulæ adverbiales ſunt dictiones indeclinabiles, adverbiis latinorum reſpondentes, ut *Iol* Bene, *Roſſzul* male, *laſſan*, lentè, &c. de quibus aliqua notanda ſunt, nimirum. 1. Species. 2. Significatio. 3. Comparatio. 4. Figura.

5. Speciem quod attinet, adverbiales particulæ ſunt vel primitivæ, vel derivativæ. Primitivæ quæ à voce aliquâ priore non oriuntur ut *Hogy*, Quomodo. *Inkab* magis, *bár* eſto Sant, &c. derivativæ ex adverſo, quæ à vocibus ſe prioribus originem ducunt, ut *jol*, Bene, à *jo*, bonus, *balul* ſiniſtre, à *bal*, ſiniſtra, &c. Adverbiales particulæ pleræque ſunt derivativæ, quædam ſolum primitivæ.

6. Particulæ adverbiales derivativæ deſcendunt, vel. 1. A Nominibus, ut *laſſan* lente à *laſſu*, lentus, *roſſzul* male à *rõſz*, malus, vel 2. à Verbis ut, *ütve* percuſſim, *meczve* cæſim, ab *ütõm meczem* cædo percutio, *gyukva*, *ſzurva*, pun-

punctim à *gyukom szurom*, pungo, *futolan* &c. vel 3. à particulis ut *fellyebben* altius, à *fel* supra: vel mixtim à nomine & verbo aut particula simul ut *jajkeppen*, *ütökeppen*, &c. Pauciores tamen à verbis deducuntur particulæ adverbiales, paucissime à particulis, plurimę & pleræque à nominibus.

7. Fiunt autem à nominibus & aliis etiam primitivis vel 1, affixa litera l, cum vocali aliquâ, nimirum u vel ü, ut *roszul*, male à *rosz*, *keresztül* decus satim à *keresztt*: &c. quamvis accidat ut aliquando per, o, & ö, quoque affigatur eadem, ut *gonoszol*, *keresztöl*, sed non satis bene ac scienter, melius, accuratius, & frequentius, per u & ü: Notandum est adverbium *Iol*, quod nullam vocalem assumsit ad literam l. deductum, a, *jo*.

8. Deinde 2. fiunt affixa terminatione *kent*, ut *naponkent*, dietim, *esztendónkent*, annuatim, *seregenket* catervatim. 3. fiunt affixâ terminatione disyllaba, ut *képpen*, ut *miképpen* quomodo, *tolvaiképpen*, instar prædonis, &c.

4. Fiunt

4. Fiunt affixâ litera n. cum vocali aliquâ a, e, o, ut *lassan*, lente, *ekessen*, ornate, *nagyon* magne. Sed per o rarius.

9. Sunt tamen aliqui minus Hungarice Hungarizantes, qui hanc eandem literam n. dum adverbia hujus formæ, nimirum, per a & e pronuncianda, efferunt, per o vel ö efferant, sed incuria & ignorantia eorum novam hic nobis regulam aut exceptionem regulę, non creabit.

10. Fiunt 5. per syllabam, *va*, *vé*, ut *mondva*, *vetve*, *szurva*, *vagva*: &c. 6. Fiunt sine ulla aditione solum degenerando, cum nimirum nomina vel particulæ non secus ac apud latinos degenerant in adverbia, & naturam nominis &c. exuunt ut *ma*, *Hodie*, *tegnap*, heri, *holnap*, cras, &c. Atque hæc circa speciem.

11. Significationem adverbiorum quod attinet, ea pro varietate rerum varia significant: nimirum quædam tempus, ut *holnap*, cras, *tegnap* heri, *ma*, hodie, &c. quædam locum, ut *ott*, *itt*, *amott*, *imitt*, &c. quædam qualitatem,

ut

ut *jol*, *ekessen*, &c. quædam hæc vel illa non secus ac apud latinos, & reliquas gentes, ita ut non sit operę pretium ea hoc loco recensere, lexica hæc cuncta docebunt, & usus.

12. Comparatio in adverbiis habetur, ut ut non omnibus, comparantur autem particulæ adverbiales, vel Regulariter vel irregulariter. Regulariter instar nominum observatis solum terminationibus, adverbiorum, sed non omnes æqualiter. Primo quædam per tres gradus, positivum, comparativum & superlativum, ut *lassan* lente *lassabban* lentius, *leglassalban*, lentissime, Secundò per duos tantum, comparativum & superlativum, ut magis *inkabb leginkabb* maxime.

13. Irregulariter autem ea dicimus comparari, quæ per particulas *inkab* & *leginkab* comparantur, ut *alattomban*, *inkab alattomban*, *leginkab alattomban*.

14. Figuram quoque habent, adverbia, componũtur, autem vel ex paucis vel ex pluribus partibus componentibus:

tibus: ex paucis ait *jaiképpen*: ex interjectionali particula & Nomine. Ex pluribus ut *kivaltképpen*, ex particula prępositionali & duobus nominibus, sed in his modica difficultas.

15. Porro adverbia omnia sunt per se, significantia, nec solent vocibus affigi, verum ut dictiones diversæ adduntur iisdem, nonnunquam principio, nonnunquam in medio, nonnunquam in fine orationis.

CAPUT II.

De Particulis conjunctionalibus, præpositionalibus & interjectionalibus.

1. PArticulæ conjunctionales sunt variæ & totuplicis significationis, quotuplices conjunctiones latinorum, vel aliarum gentium, nimirum vel copulativæ, est *és*, vel disjunctivæ ut *vagy*, *avagy*: vel causalis ut *mert*, *ugyanis*, vel ratio ei nativæ, ut *annakokaért*, *azért*, *téhat*, quæ nullam etiam habent difficultatem.

2. Deinde particulæ conjunctionales, ut superius quoque quandatenus alligi

attigi, ſunt vel ſignificantes, vel conſignificantes. Conſignificans eſt *isquè*, quoque, affigi ſolita quibusvis nominibus verbis, & particulis ut *emberis* homoque, *veremis* verberoque, *azèrtis* ideoque, ſignificantes ſunt omnes reliquæ.

3. Tandem ordo in particulis conjunctionalibus, diligenter obſervandus. Quædam enim ſolum ſunt præponibiles, ut, *es*, *mert*, *ugyanis*, *mivel*, *vagy*, &c. quædam poſtponibiles, tantum, ut, *is*, quædam præponibiles & poſtponibiles, pro lubitu, ut *azert*, *annakokaert*, deinde poſtponibiles & præponibiles ſolum dicuntur, non quod prorſus non poſſint ſed quod non conveniat poſtponi & præponi.

4. Figura quoque obſervabilis eſt in particulis conjunctionalibus: quædam ſunt ſimplices ut *hát*, *mert*: quædam compoſitæ ut *annakokaert*, *tehat avagy* &c.

5. Particulæ præpoſitionales ſunt dictiones, præpoſitiones latinorum ſignificantes ut *mellette* penes, *hozza* ad, *nála* apud, &c. 6. Sunt-

6. Suntq; vel 1. integrę vel 2. truncatæ, integræ ſunt, quæ integræ in oratione ponuntur ut *Hozza*, *tul*, *mellette*, &c. Truncatę ſunt quæ corruptę & truncatæ in orationem conſtituendâ cõcurrũt, ut *Hoz*, *hez*, *nal*, *nel*, *böl*, *tõl* &c.

7. Particulę præpoſitionales truncatę rurſum ſunt vel affixę vel præfixæ. Præfixę ſunt quæ fronti vocum apponuntur inſtar literarũ apud Hebræos ſervilium *Moſehvecale bethan* Affixæ ſunt quæ fini vocum adjiciuntur inſtar affixorum pronominalium.

8. Præpoſitiones præfixę præfiguntur ſolum nominibus, analogis ſeu imperfectis, hoc eſt pro nominibus, ut *nálam*, *nalad*, *nalunk*, *nalatok*, *tõlem*, *tõled*, *tõlünk tõletek*, *belem*, *beleje* &c.

9. Præpoſitiones affixæ adjiciuntur vocibus non quibuſvis promiſcue, ſed nominibus tantum, perfectis. Nominibus autem perfectis ſive abſolutis, à ſuffixis, ut *embernel*, *embertõl*, *emberböl*, &c. ſive poſitis cum affixis, ut *uramnál urámbol*, *uramhoz* &c. Si quãdo vero in fine particularum, audiantur, vel

vel materialiter sumuntur, vel sunt de essentiâ particulæ, ut *alattomban*.

10. Porro præpositionales particulæ recipiunt affixa, pronominalia ut *mellettem melletted mellette* & *hozzam*, *hozzad*, *hozzaia*, &c. observatis regulis affigendi affixa vocibus supra libro libro primo traditis.

11. Particulæ interjectionales sunt soni inconditi dictiunculæ animi affectum significantes. Latinis interjectionis dicuntur, & aliquę gaudium, risum, lętitiam, ut *ha, ha, he:* aliquæ dolorem & tristitiam ut *hej* : aliquæ admirationem, ut *hhi*, &c. signant, ut interjectiones reliquarum linguarum.

12. Circa has nulla difficultas, solum observetur has 1. nec affigibiles, nec declinabiles, nec incomparabiles esse &c, [illegible] iando verò sub declinationem veniunt, nominascere seu in nomen degenerare aut materialiter saltem poni, ut *jaj*, *jajnak* ; sic dum habent affixa pronominalia, esse susceptibiles affixarum præpositionalium ut *jaiban*, *jajjal*, *hahâhával*, &c.

13. Atque hæc de tribus orationis Hungaricæ partibus, de Constructione & Poësi nihil hic dicimus verum, üs iis ad usum & exercitium relegatis, hungarizare cessamus.

F I N I S.

N. MUZEI